E nifestū quis velit faciens velut susceptaculū pre oculis quotidia
ne aque fluentis continue intelligere multitudinē: excedit vtiq̄
magnitudine terre molem: vel non multū deficiet suscepta omis
influens aqua per annū: sed semper palam q̄ accidūt quidem et
multa talia in locis multis terre non solum: sed incōuenlens siq̄s
F non putet ꝓpter eandem causam aquam ex aere fieri: propter
quā quidem super terram ꝛ in terra. Quare siquidē ꝛ ibi pp̄ fri
giditatē constat vaporans aer in aquā: ꝛ ab ea que in terra frigi
ditate hoc idem: op3 putare: accidere: ꝛ fieri: ꝛ non solum segrega
tum aquā que in ipsa ꝛ hanc fluere: sed fieri cōtinue: Adhuc autē
non ea que fit: sed existente aqua quotidie non tale esse p̄ricipiū
fluuiorum vel sub terra stagna quedam segregata sicut quidam
dicunt: sed similiter sicut ꝛ in eo qui super terram loco parue cōsi
G stentes gutte: et iterum ipse cum alijs multis: tandem cum mul-
titudine descēdit pluia aqua: sic ꝛ in terra ex paruis colligit prio:
ꝛ est velut scaturiens in imum terre principiū fluuiorū. Manife
stat aūt ipsum opus. qui enim aque ductus faciūt humilibus et
H de fossis colligunt ac si vtiq̄ sudante terra ab excelsis: propter
quod ꝛ reumata fluuiorum ex mōtibus videntur fluentia: ꝛ plu
rimi et maximi fluuij fluunt ex maximis montibus: similiter ꝛ fō
tes plurimi montibus ꝛ locis altis vicinantur: in campestribus
autem siue fluuijs pauci fiunt omnino. Montana autem et alta
loca velut spōgia suspēsa ſm modica q̄dē: in multis aūt locis pro
ducunt ꝛ colligunt aquam. Suscipiunt enim aduenientis aque
magnam multitudinem: quid enim differret concauam ꝛ supinā
aut conuexam esse peripheriam ꝛ gibbosam: vtroq̄ enim modo
equalem comprehendet molem corporis ꝛ ascendentem vaporē
infrigidant ꝛ concernunt in aquam iterum: propter quod quem
admodum diximus maximi fluuiorū ex maximis videntur fluē
tes montibus. Palam autem ex hoc considerantibus terre perio
3 dos: has enim ex inquirere a singulis sic descripserunt queciq̄
non accidit ipsomet vidisse dicentes. In asia quidem igitur plu-

Margin notes: Opio antiquorū de gñatione fluuiorum. — Aque ductus. — Asia.

rimũ ex Parnaso vocato monte videntur fluentes et maximi flu uij hic aũt mons dr̃ maximus oĩm qui ad oriẽtē hyemalez:ascē denti enim iam hũc apparet quidē extra mare:cui⁹ terminus nō palā his q̄ hinc:ex hoc quidē igit̃ fluũt alij fluuij:et bactros:coa spes:araxes:adhuc aũt dr̃ tanais pars existēs in meotidē palu- dē:fluit aũt indus ex ipso oĩm fluuiorũ reuma plurimũ. Ex Cau caso aũt et alij fluunt multi:et ſm multitudinem et ſm magnitu- dinem excedentes et phasis:caucasus enim maximus mons ē eo rum qui ad orientem estiualem et multitudine et altitudine. Si- gna autem altitudinis quidem:quia videtur et a vocatis ꝓfun dis et a nauigantibus in stagnum. Adhuc illustrantur sole ipi⁹ summitates vsq; ad tertiam partem noctis et ab oriente et iteruz a vespere. multitudinis autem:quia multa habet iuga in quib⁹ gentes habitant multe:et stagna aiunt esse magna:attamē om nia iuga esse manifeste vsq; ad vltimam verticem. Ex pyreneo autem est mons ad occidentem equinoctialem in celta fluunt. ister et tartessus. ister quidem igitur extra columnas. Histrus autem per totam europam in pontum euxinum. Fluuiorum au- tem aliorum:plurimi ad arctum ex montibus arcinijs:hi autem multitudine et altitudine maximi circa locum hunc sunt. Sub ipsa autem visa super vltimā scythiam vocati riphei montes:de quarum magnitudine valde dicere sermones qui dicuntur fabu losi:fluunt igitur plurimi et maximi:post histrum aliorum fluuio rum hinc et aiunt. Et similiter autem et circa lybiam:qui quidez ex ethiopicis montibus et egon et onysis:maxime diuulgatoruz crementicus vocatus qui in exterius mari fluit et nili fluxus: pri mo ex argenteo vocato monte:eorum autem qui circa elinucum locum achelous quidem ex pindo et inachijs:strimon autem et nestus ebius omnes tres existentes ex scombio. Multi autez flu xus ex rodhope sunt:similiter autem et alios fluuios inueniet quis vtiq; fluentes. Sed testimonij gratia hos diximus:quoniā et quicunq; eorum ipsorum fluunt ex paludibus: paludes sub montibus positos esse accidit omnes:ferre autem sub locis altis exponere. Quod quidem igitur non oportet putare sic fieri principia fluuiorum vt ex determinatis ventribus manifestum. Neq; enim vtiq; locus sufficiens esset qui terre est vt dicere: si cut neq; qui nubium si existentem sub montibus oportebat fluе re solum:et non hoc quidem deficeret:hoc autem fieret: sed sem per ab existente accipiebatur et sub montibus esse fontes atte- statur: quia ex confluere ad modicum et paulatim ex multis sca turigintibus distribuit locus et fiunt sic fontes fluuiorum. Nō solum autem: sed et talia esse loca habentia multitudinem aque velut stagna: nihil inconueniens: sed non ad tanta vt

Europa.

Africa.

L

M

hic accidat nihil magis ꝙ si quis putet que manifesta esse fontes fluuiorum: fere enim ex fontibus plurimi fluunt: similiter au-
N tem illa et hoc putare esse corpus aque omne. Quod autē sunt tales fontes ⁊ voragines terre manifestant absorpti fluuiorum. accidit autem hoc in multis locis terre: puta Peloponessi pluri ma talia circa archadiam sunt. Causa autem q: montosa. extūs non habet effluxus ex alueis in mare: repleta enim loca et non habentia effluxum ipsius inueniunt transitum in profundum co gente desuper veniente aqua: circa elladez quidem igitur parua
O talia omnino sunt facta. Sed sub caucaso stagnum quod vocant qui ibi mare hoc enim multis fluuijs ⁊ magnis ingredientibus non habens effluxum manifestum. deriuat sub terra iuxta cora xos circa vocata profunda ponti: hec autem sunt infinita quedā maris profunditas. Nullus enim vnꝗ qui descendit potuit terminum inuenire: hanc autem longe a terra fere ad tercenta stadia potabilem reddunt aquam ad multum locum non indirectum: sed in tres partes: ⁊ circa ligusticam non minor. Rhodano absorbetur quidem fluuius: et iterum egreditur secundum aliuz locum. Rhodanus autem est fluuius transmeabilis.

¶ Capitulum decimūquintum.



P On sp aūt eadem loca terre: neqꝫ aquosa sunt: neqꝫ arida: sed permutant̄ ꝫm fluuiorum generatiōes ⁊ defect⁹: pp qđ ⁊ que circa aridam ꝑmutat̄ ⁊ mare ⁊ non sp hec qđem terra: hoc aūt mare perseuerāt oī tpe: sed fit mare quidem vbi ante arida: vbi autem nunc mare quidem ibi ante arida: vbi autem nunc mare iterum hic terra: secundum tñ quen
Q dam ordinem hoc putare oportet fieri periodum: principiū autē
Tena. horum ⁊ cā: q: ⁊ terre que intus sicut plantarum corporum ⁊ animalium statum habent ⁊ senectutem. sed illis quidē non secūdū partem hoc accidit pati: sed simul totum in statu esse ⁊ decremētum pati necessarium. Terre autem hoc fit secundum partem ꝓpter frigus ⁊ caliditatem: hec quidem igitur crescunt ⁊ minuunt̄ propter solem ⁊ circulationem. Propter hoc autem et virtutem
R partes terre accipiunt differentem ⁊ vsqꝫ ad tempus aquosa pñt permanere: deinde exiccantur ⁊ senescunt. Item alia autem loca viuificantur ⁊ aquosa fiūt ꝫm partē. Necesse autē locis factis siccioribus fontes exterminari: his autem accidentib⁹ fluuios primo qđē igit̄ ex magnis pūos: deinde tādē fieri siccos: fluuijs aūt trāsmutatis ⁊ hinc quidē exterminatis: ī alijs aūt ꝓportiōabilr factis ꝑmutari mare. Ubi qđem eīn excrescēs a fluuijs abūdauit
S abscedēs aridā facere: necessariū: vbi aūt fluxibus abūdans ex-
Sñatio. T siccabat̄ ad terram: tūc iterū hoc stagnare. sed pp qđ fit omnis nālis circa terram generatio per successionē: ⁊ in tepoꝛibus lōgis

simis ad nostram vitam latēt hec scā: z prius oīm gētiū interitus fiūt: z corruptōes: anteq̄ memoref horū pmutatio a pncipio in fi ne. Maxime aūt igif corruptiōes fiūt z citissime in prelijs: alie aūt infirmitatibus: he aūt sterilitatibus: z his hec q̄ dem magne: he aūt ẜm modicū vt lateāt taliū gētium transmigratiōes: pro pterea q hi quidem derelinquūt regiōes: hi aūt permāserūt vsq ad hoc donec vtiq3 nō amplius possit alere regio multitudinem nullam. A pma ergo desertione ad vltimam verisile est longa fie ri tpa vt nulli⁹ memoref: sed saluatis adhuc manētibus obliuio nē factā esse pter tēporis multitudinem. Eodē aūt modo op3 putare z habitationes latere qn̄ primū facte sunt gētibus singu lis: deinde permutata z scā sicca ex paludosis z aquosis: etenim hic paulatim ex multo tēpore fit additio vt nō sit memoria qui primi z qn̄ equaliter habētibus locis venerūt: velut accidit circa egyptum. Etenī hic locus semper siccior vr̄ fact⁹ z toto regia flu uij attractio exn̄s Nili: pter aūt paulatim exiccatis paludibus propinqua inhabitari ex temporis longitudine ablatum eē prin cipium. Uidetur igitur et ora omnia excepto vno cāobico manu facta z non fluuij existentia et antiquitus egyptus thebe voca te. Insinuat autem z Homerus sic recens existens vt est dicere tales permutationes. Illius enim loci facit memoriam tanq̄ nō dum memphi existente aut taliter: aut non tanta: hoc autem si mile sic accidere. Inferiora autem loca superioribus posteri⁹ ha bitata sunt: paludosa enim ad amplius tempus necessarium esse propinquiora alterationi propter stagnare in vltimis semp ma gis: permutatur autem hoc iterum apte habet. desiccata enim loca veniunt ad bene habere: que autem prius bene temperata exiccata aliquando fiunt deteriora. Quod quidem accidit hella di et circa argiuorum z miceneorum regionem. Sub troicis qui dem que argorum: quia paludosa erat paucos poterat alere. mi cena autem bene habebat: propter quod honoratior erat: nunc autem contrarium propter predictam causam. Hec quidem inu tilis facta est et sicca prorsus: huius autem que tūc propter sta gnare inutilis: nunc vtilis est facta. Sicut igitur in hoc loco acci dit existente loco paruo: idem oportet putare hoc accidere et cir ca magna loca z regiones totas. Qui quidem igitur respiciunt ad modicum cām putāt talium passionum esse totius permuta tionē tanq̄ generato celo: pter qd̄ z mare minus fieri aiūt tanq̄ exiccatū: qr plura loca apparēt hec passa tunc q̄ prius. Est autē hor hoc quidē verū. hoc aūt non ver. plura q̄dē enim sunt que prius aquosa: nunc aūt arida non solū: sed z cōtrariū. In multis eñ locis cōsiderantes inueniem⁹ supuenisse mare. ¶ Sed hui⁹ cām non mundi generatiōem putare op3. Derisibile eñ est pp

Marginalia: V; X Aegypt⁹ ostia nili; Thebe.; Y Homerus; Z Argia. Micenea; b

C paruas et momētaneas mutationes mutare totū: terre aūt moles et magnitudo nihil est oīno ad totū celum: sed oīum horū causā existimādum: qr fit per tpa finita velut in tpibus que ꝺm annum hyems sic periodo quadā magna: magna hyems et excessus imbrium: hoc autē non semper ꝺm eadem loca: sed queadmodū vo-

Diluuiū. catus sub Deucalione cataclysmus. Etenim hoc circa hellaineū locum fuit factus maxime et huiusmodi circa hellandē antiquā: hoc autem est circa dodonem et acheloum: iste enim in locis multis reumata permutauit: habitabant eni selli hic: et vocati tūc quidem greci: nunc autem hellēnes. Cum igitur factus esset talis excessus imbrium putare oportet ad multū tempus sufficere: et sic nunc eius quod est esse perpetuos quosdam fluuiorū. hoc autem nō. hi quidem aiunt causam esse magnitudinē sub terra voraginum. Nos autem magnitudinem aliorum locorum et spissitudinē frigiditatem ipsorum. Ista enim plurimam et suscipiunt aquas et operiunt et faciunt quibuscunq autem parue suspense montium consistentie aut sonifere aut lapidose et argilose: hoc potius deficere sic putare oporte. tñ quibus vtiq facta fuerit talis humidatio vt perpetue fiant humiditates locorum magis: tempore aūt hoc exsiccata sunt facta magis: altera autem minora que aquosa donec veniant iterum descensus periodi eiusdem. Quoniam autē necesse totius fieri quidem quandam permutationem: nō tamē generationem et corruptionem siquidem maneat totum necesse

D (quemadmodum nos dicimus) non eadem loca semper humida esse mari et fluuijs et sicca. Manifestat autem quod fit: quos eni dicimus antiquissimos hoīm esse egyptios: horū regio tota facta videtur existens fluuij opus: et hoc ꝺm ipsam regionem aspicien-

E ti palam est: et que circa mare rubrum sufficiens argumentū. Et hoc enim regum aliquis attentauit perfodere: non enim paruas haberet vtiq ipsis vtilitates nauigabilis totus locus. dicitur au

Sesostris tem primus. Sesostris conatus fuisse antiquorū: sed inuenit ma

Darius. re existens altius terra: propter quod ille primo: et Darius posterius cessauit fodiens vt non corrumperetur fluxus fluij commixto mari. Manifestum igitur ꝙ mare omnia vnum huic continuū

Libya. esset: propter quod et que circa lybiam ammoniam regionem humiliora videntur et profundiora: preter rationem inferioris regionis. Palam enim ꝙ alteratione facta sunt stagna et arida: tempore autem facto derelicta et stagnata aqua desiccata et iam anichilata. at vero et circa meotidem paludē acciderunt atterrationes

Meotis. fluuiorum tantum: vt multos minores magnitudine naues nunc innatant ad operationem quam anno. lx. quare ex hoc facile proportionabiliter accipere ꝙ et primo sint multa stagnorum: et hoc

F opus est fluuiorum et tandem necesse omne fieri siccum: adhuc

autē bosphorus semper quidem fluit ꝓpter atterrari:ꝛ est adhuc Bosphorus.
oculis videre quo accidit mō. Qñ eñ ab asia interceptionē facie-
bat fluxus qđ posterius stagnū factū fuit paruum primo: deinde
exsiccatū fuit vtiqꝫ: post hec aūt alia que ab intercepto ꝛ stagnum
ab hac: ꝛ hic semp sic accidit: silr aūt hic facto sepe necesse tpe pro
cedēte velut fluuiū fieri: tandē aūt ꝛ adhuc siccū. ¶ Manifestum S
igit͛ qm̄ qñ tps nō deficit ꝛ totū eternū qđ neqꝫ tanais neqꝫ nilus
semp fluxit: sed erat aliqñ siccus locus vñ fluūt. opus eñ hꝫ ipso
rū terminū: tps aūt nō hꝫ. silr aūt hec ꝛ in aliis cōuenit dicere. At
vero siquidē ꝛ fluuii fiunt: ꝛ corrūpunt͛: ꝛ nō semp eadē loca terre Y
aquosa: ꝛ mare necesse permutari silr. Mari aūt hec quidē dese-
rente: hoc aūt supergrediēte semp manifestū ꝙ oīs terra nō semp
eadē: hec quidē ipsa sunt mare: hec aūt arida: sed permutant͛ tēpo
ra omnia. Qđ quidē igit͛ nō semp eadē neqꝫ arida sunt terre neqꝫ Z
natabilia sunt: ꝛ ꝓpter quā causam hoc accidit dictū est. Silr aūt
ꝛ ꝓpter quid: hi quidem perpetui: hi autem non sunt fluuiorum.

¶ Capitulum quintum.



Postea autem procedit loquendo de fluminibus ꝛ mari ꝛ ven- Z
tis. Sed ipse loquitur hic de his quesitis: pfecte de flu
minibus tantū: qꝛ ipse cōplebit sermonē de reliquis duobus que
sitis in scđo libro. ¶ Et pcedamus in hoc fm ordinē eius: ꝛ dica-
mus ꝙ aque que inueniuntur in terra sunt due species: vna earum sub ter
ra: relique autem supra terram. Et quelibet harum specierum vel fluūt vel
stant: aque autem stantes multotiens fiunt seu sunt ex aquis pluuie quan-
do accidit illis locis vt remaneant aque cadentes in eis propter duritiem
seu compactionem corporum eorum sicut est dispositio in loco compacto ꝛ
concauo repleto aquis. ¶ Et iam inuenitur hec species aquarum fm gene-
rationem ex aere qui est. infra seu intra terram cum adiuuabitur per locum
conuenientem huic fm dispositionem conuenientem ei supra terram. Sed
accidit talibus aquis vt non sint fluentes propter debilitatem impulsio-
nis earum: ꝛ propter planitiē loci generationis earū: ꝛ impossibile est quin
sit locus earū in quo generant͛ altior loco a quo exeūt. Et signū super hoc
ꝙ iste aque. s. que generantur cū exeunt non exsiccantur. Sed aque fluētes
fiunt fm plurimū fm generationē continuā ꝛ productionē non cessantem.
Et maxime flumina magna. Et ideo accidit eis vt remaneat fluxus eorum
multo maiori tempore ꝙ̄ sit vita hominis. Et impossibile est vt sint in ter-
ra aque in actu ex quibus fluūt ista oīa flumina ita magno tēpore: neqꝫ ex
vna hyeme ad aliam: ꝛ maxime in annis siccis. Nam illa loca essent de ne-
cessitate maiora multū ꝙ̄ illud qđ videtur ex terra vel ꝙ̄ pars terre discoo-
perta. ꝛ etiam si non essent loca maiora accideret terre multotiens profun-
datio. Non tamen est impossibile vt sint in terra loca adiuuatiua per suas
magnitudines in continuitate fluxus ꝛ multitudine eius: ꝛ maxime in tem M
pore hyemis: ꝛ in illo qđ est propinquum hyemi. ¶ Et loca cōuenientia ta- Montes.
li generationi continue sunt montes: et ideo erumpunt flumina magna a
montibus. ꝛ causa huius est. nam montes habent simul multa coadiuuātia
huic: ex eis est: quia in montibus magnis omnibus aliis locis est humidi-
tas: ꝛ frigiditas ꝓpter altitudinem eorꝫ: ꝛ propinquitatē eorꝫ ad locū frigi
dū: i quo gñant͛ pluuie: ꝛ etiā ꝓpter grossitiē seu cōpactionē eorꝫ non resol-

ultur humefactio seu roratio:neq3 humiditas q̄ est in ipsis:⁊ ꝓpter frigidi tatem q̄ inuenit̄ in eis semp ab extra accidit ne sint in ipsis aque semper:si cut accidit in corporibus aialiū in tpe frigoris:⁊ caliditas intrinseca resol uit humiditates exn̄tes ibidē ⁊ roratiōes:⁊ trāsmutat ipsas ad aerē calm ⁊ ascēdit ad supiora illi⁹:⁊ cū ascēdit trāsmutat̄ aqua ꝓpter grossitudinem: partis supioris ⁊ frigiditatē eius sicut accidit hoc in balneis.hoc autē fit in cauernis seu sulfuris illoꝝ montium ⁊ in locis dispositis aduenire tale accn̄s simile eius quod fit in instrumentis factis vt descendant guttatim ex eis aque per cooperimenta eorum.Cum autem multiplicant̄ he aque:⁊ quedam earum expellūt quasdam:erumpunt flumia:⁊ aliquando he aque fluentes sunt ex aquis pluuie:⁊ sunt flumina que fluunt in tempore hye mis ⁊ in tempore propinquo huic:⁊ postea cessant.⁊ aliquando associan tur quibusdam fluminibus due harum causarum. Et in hoc completur primus liber.

¶ Aristotelis Stragyrite Meteorologicorū liber Secundus:cū Auerroys Commentariis nuper traductis.



A Hesiodi opiōd ori gie maris — De mari autē:⁊ que natura ipsius:⁊ ꝓpter quā causam est salsa tante aque multitudo : adhuc autem de ea que a principio generatione dicamus. Antiqui quidem igitur ⁊ versantes circa theologias faciunt ipsius fontes vt ipsius sint principia ⁊ radices terre ⁊ magis. Magis tragicum em̄ hi ⁊ reuerentius existimauerunt forte esse quod dicitur tanq̄ magna quedam hec pars omnis existens:⁊ reliquum celum totum circa hunc locum consistere:⁊ huius gratia tanq̄ entem honoratissimum ⁊ principium.

B Anaxagore opinio — ¶ Qui autē sapientiores humana sapientia faciūt ipsius generationem:esse enim primo humidum omnem locum qui circa terram:a sole autem exiccatum:quod quid euaporauit spirit⁹ ⁊ euersiones solis ⁊ lune aiunt facere:reliquum autem mare esse propter quod ⁊ minus fieri exsiccatum putant:⁊ tandem fore aliquando siccum totum.

C Alia opinio. — ¶ Quidam autem ipsorum aiunt calefacta a sole terra velut sudorem fieri:ꝓpter quod salsum esse:⁊ enim sudor salsus. Quidam autem salsedinis causam terraꝫ esse aiūt. Quemadmodum em̄ ⁊ quod per cinerem colatur salsum:fit eodē modo ⁊ hoc salsum esse mixta ipsi tali terra.

D Prie opinōis ipugnatio. — ¶ Quod quidē igit̄ fontes maris impossibile esse per existentiā iam considerare oportet. Aquarum em̄ que circa terram:he quidem fluxibiles existentes:he autem stationarie :fluxibiles quideꝫ igitur omnes fontales. De fontibus autem diximus prius q̄ oportet intelligere non tanq̄ ex vase deriuatum esse principium fontem:sed ad imū semper factam ⁊ confluentem occurrere primum . Stationarium autem he quidem collectiue ⁊ substantiue velut paludose ⁊ quecunq̄ stagnabiles multitudine et paucitate differentes : he autem fontane:he autem omnes manufacte:dico autem velut puteales

vocate. Omniū enim superius oportet fontem esse fluxus: ꝓpter quod hec quidem spontanee fluūt que fontales: he autem arte indigent operante. Differentie quidem igitur tot ⁊ tales aquarum sunt: his autē sic determinatis impossibile fontes esse maris. In neutro enim horum generum possibile est esse ipsum: neqꝫ enim effluxibile est: neqꝫ manufactum: fontales autem omnes horum alterum passe sunt: spontaneam autem stationariam tātam multitudinem nullam videmus fontalem factam. ¶ Adhuc autē quoniam plura sunt maria adinuicem non commixta secundum nullum locum: quorum rubrum quidem videtur secundum modicum communicans ad quod extra columnas mare hircanicū ⁊ caspiū separata ab hoc ⁊ circūhabitata in circuitu vt non vtiqꝫ laterent fontes si secundum aliquem locum ipsorum esset. ¶ Fluens autē mare videtur secundum angustias sicubi propter adiacētem terram in modicum ex magno coarctatur pelago: propterea ꝙ libratur huc ⁊ illuc sepe: hoc in magna multitudine maris immanifestum: quia autem propter angustiam terre modicum obtinet locum: necessarium eam que in lato modicam librationem ibi apparere magnam. ¶ Quod autem inter cracleas columnas totum secundum terre concauitatem fluit ⁊ fluuiorum multitudinem: meotis quidem enim in pontum fluit: iste autem in egeum: q̄ autem iam extra hoc pelagi minus faciunt hec euidēter: illis autē ⁊ ꝓpter fluuiorū multitudinē accidit hic. Plures enim fluuij in euxinū fluunt: ⁊ meotim aut multiplicem regionem ipsius: ⁊ propter breuitatem ꝓfunditatis: semper enim ibi ꝓfundius videtur existens ⁊ mare meotide pontus: hoc autem egeum: ego aūt siculum: sardonicum autē ⁊ thyrrenicū ꝓfundissima oīum. Que aūt extra colūnas breuia quidem ꝓpter lutum: sine aūt flatu sunt vt in concauo terre existente. sicut igitur ⁊ secundum partem ex altis fluuij apparēt fluentes: sic ⁊ totius terre ex altioribus que ad arctū fluxus fit plurimus: vt quidem hi propter effusionem non profundi: qui autem extra pelagi ꝓfundi magis. De eo autē qꝺ ea que ad arctum sunt terre alta sunt signum quoddaꝫ: ⁊ multos persuasos esse antiquorum metheorologorū solem non fieri sub terra: sed circa terram. ⁊ locum hunc disparem. ⁊ facere noctem: propterea ꝙ alta loca sunt quo ad arctum terre. ¶ Quod quidē igitur non fontes possibile sit maris esse ⁊ propter quam causam sit videtur fluens talia ⁊ tanta nobis dicta sunt.

E
Scḋa rō

F
Propter qd mare fluit.

G
Scḋa eiꝰ de causa.

H

Alias nō auferri.

¶ Capitulum secundum.



De generatione autem ipsius si factum est: ⁊ de sapore que causa salsedinis ⁊ amaritudinis dicēdū. Causa quidē igitur que fecit priores putare mare principiū esse: ⁊ corpus: omnis aque hec est. Uidebitur eñ

I

vtiq3 rõnabile esse queadmodũ aliorum elementorũ est congregata moles ꝛ principium propter multitudinẽ vnde permutat̃ partitum ꝛ miscetur aliis. Puta ignis quidem in superioribus locis: aeris autem multitudo ꝙ post ignis locum: terre autem corpus circa quod hec omnia posita sunt manifeste. Quare palam quia ꝫm eandem rationem ꝛ de aqua necesse querere: tale autem nullum aliud corpus videtur positum totum simul: sicut ꝛ aliorum elementorum preter maris magnitudinem. Quod enim fluuiorum neq3 totum simul: neq3 stabile: sed vt factum semper videtur quotidie. ex hac itaq3 dubitatione principium omnium humidorum ꝛ omnis aque putatum est esse mare: propter qḋ ꝛ fluuios nõ solũ in hoc sed ex hoc quidem aiunt fluere: colatum enim fieri quod salsum potabile. Opponitur autem altera ad hanc opinionẽ dubitatio: cur quidem non est consistens aqua hic potabilis siquidem principium omnis aque: sed salsa. Causa autem simul ꝛ huius dubitationis solutio erit: ꝛ de mari accipere propriam existimationem necessariũ recte: aqua eñ circa terrã ordinata sicut circa hanc aeris spheram ꝛ circa hanc que dicitur ignis: hoc enĩ est horum vltimum: siue vt plurimi dicunt siue vt nos. Lato autem sole hoc modo ꝛ propterea permutatione ꝛ generatione ꝛ corruptione existente: quod quidem subtilissimum ꝛ dulcissimum sursum ducitur per singulos dies ꝛ fertur iterum: disgregatur ꝛ vaporans in superiorem locum: ibi autem rursus constans propter infrigidationem deorsum fertur iterum ad terram ꝛ hec semper

L vult facere natura: sicut dictum est prius. ¶ Propter quod ꝛ deridendi omnes quicunq3 priorum existimauerunt solem cibari humido: ꝛ propter hoc aiunt versiones facere ipsum: non enim semper posse eadem loca exhiberi ipsi alimentum. Necessarium autẽ esse hoc accidere circa ipsum aut ipsum corrumpi: ꝛ enim manifestum ignem quandiu humerit alimentum vsq3 ad hoc viuere. humidum autem igni esse alimentum solum tanq3 pertingat, vsq3 ad

M solem quod sursum ducitur. Humidi autem ascẽsus talis fit: qualis quidem facte flamme: propter quod signum accipientes sic ꝛ de sole putauerunt. Hoc autem non est simile: flamma quidem enim per continuum humidum: ꝛ siccum permutata fit: ꝛ non aliter. non enim eadem existens permanet nullo tempore vt est dicere: circa solem autem impossibile hic accidere: quoniam alito quidem eodem modo: sicut illi dicunt palam ꝙ ꝛ sol non solum: sicut

Flãma cõtinue permutatur.

N Heraclitus ait: nouus in die est: sed semper nouꝰ cõtinue. ¶ Adhuc autem que a sole eleuatio humidi similis est calefactis aq̃s ab igne: si igitur neq3 subardens ignis aliter: neq3 solem verisimile erat existimare: neq3 si omnem calefaciens euaporare fecerit aquam. Inconueniens autem ꝛ solum curasse de sole: aliorum

autem astrorum ipsos negligere salutem: tantis et magnitudine et multitudine existentibus. Idem autem accidit et his irrationabile et dicentibus primo humida existente terra et mundo qui circa terram a sole calefactum aerem: aut factum esse et totum celum augmentatum: et hec spiritus exhibere et versiones ipsius facere. Manifeste enim semper sursum ductum videmus: descendens iterum aqua et si non per unum reddatur et per singulas regiones similiter: sed in aliquibus ordinatis temporibus reddit omne acceptum velut neque altis superioribus: neque hoc quidem manente aere iam post generationem: hoc autem facto et corrupto iterum in aquam. Potabile quidem igitur et dulce propter levitatem sursum ducitur omne: salsum autem subtus manet propter gravedinem ut in eo qui convenienti ipsius loco proprio. hoc enim putandum esse convenienter. irrationabile enim si non aliquis est locus aque: sicut et aliorum elementorum: et hanc esse solutionem. Quem enim videmus locum occupans mare: iste non est maris: sed solum aque: videtur autem maris: quia quod salsum quidem deorsum manet propter pondus: dulce autem et potabile sursum ducitur propter levitatem: quemadmodum in animalium corporibus. etenim in his alimento ingredienti dulci humidi alimenti hypostasis et superfluum: apparet ens amarum et salsum. Dulce enim et potabile ab innato calore attractum in carnes et aliam compactionem venit partium: ut quelibet nata est. Sicut igitur ibi inconveniens siquis potabilis alimenti non putet locum esse ventrem solum: quia cito assumitur: sed superflui: quia hoc videt subsidens non utique existimabit bene: similiter autem et in his. Est quidem enim sicut diximus locus iste aque propter quod et fluvii fluunt in ipsum et omnis que fit aque si que enim quam maxime concavum fluxus et marorale obtinet locum. sed hoc quidem sursum fertur cito propter solem esse: hoc autem derelinquitur propter dictam causam. Querere autem antiquam dubitationem propter quod quid tanta multitudo aque nusquam apparet: per singulos enim dies fluviis fluentibus innumeralibus et magnitudine immensis nihil mare sit amplius. Hoc quidem nullum inconveniens dubitare aliquos: nos tamen intuentem difficile videre. Eadem enim multitudo aque in latum diffusa et tota simul non inequali tempore exsiccatur: sed differt in tantum: ut hoc quidem permaneat per totum diem: hoc autem quemadmodum si quis super mensam magnam diffuderit aque cyatum simul: perspicientibus utique exterminabitur totum quod utique et circa fluvios accidit. Continue enim fluentibus simul totum semper quod pervenit in immensum et latum locum exsiccatur cito et latenter. ¶ Quod autem scriptum est in phedrone de fluviis et mari: impossibile est. dicitur enim quod omnia quidem invicem perforata sunt sub terra: principium autem omnium sit et fons aquarum vocatur tartarus cir

O Alia ista iacet negative: et est ista non in eo quod convenienti ipsius loco etc.

P Utrum mare fiat sensibiliter maius.

Q Opinio platonis de origine maris.

ca medium aque quedā multitudo ex quo ⁊ fluctia ⁊ non fluctia prodeunt oīa. Circūfluctiam autē facere ad singula rheumatum ppterea ꝙ moueatur sempqꝺ primū ⁊ principiū: nō haberet eī sedem: sed semp circa mediū volui. Motū aūt sursum ⁊ deorsum facere effusionē rheumatibus: hec aūt in multis quidem locis sta
R gnant: quale ⁊ qꝺ apud nos esse mare. Omnia aūt iterum circulo circūduci ad principium: vnde inceperunt fluere multa quidē ꝭm
Aliter po sitione cōtraria. eūdem locum: quedam aūt ⁊ e regione positioni effluxus: puta si fluere inceperunt de subtus desuper ingredi: esse aūt vsq₃ ad medium descensum. Decetero enim ad sursum tam omnibus esse la tionem. Sapores autem ⁊ colores habere aquam per qualē vtiq₃
S contigerit fluens terram. ¶ Accidit ergo fluuios nō ad eundem
Prima rō ꝯtra platonem. semper locum ꝭm rationem hanc: quoniā enim ad mediū influūt a quo circūfluunt nihil magis fluunt desubtus ꝙ̄ desuper: sed ad quodcūq₃ tenderit fluctuans tartarus: ꝙuis hoc accidente fiet vtiq₃ qꝺ dicitur sursum fluuioꝝ: qꝺ quidē₃ impossibile. ¶ Adhuc
T que fit aqua ⁊ que sursum ducitur iterum vnde erit. hoc enim to
Scḋa ad idem. tum excludere necessarium siquidem semper saluatur equalis:
Tertia ad idem. ¶ Quātum enim extra fluit: iterum fluit ad principium: quāuis omnes flui videantur terminantes ad mare quicūq₃ non in alios in terram autem nullus: sed ⁊ si dispareant iterū pdeunt. ¶ Magni autem fiunt fluuiorum qui longe fluunt per concauū: multoꝝ
V enim suscipiunt rheumata fluuiorum detrūcantes loco ⁊ longitu
Quarta ad idem. dine vias: ppter qꝺ quidem ⁊ Histrus ⁊ Nilus maximi fluuiorū sunt coꝝ qui in hoc mare exeunt: ⁊ de fontibus alij dicūt vniuscu iusq₃ fluuiorum alias causas: quia multi in eundem incidūt. Hec itaq₃ oīa manifesta ꝙ impossibile est accidere alterq₃ ⁊ mari principium inde habente ꝙ quidem igitur aque locus est iste ⁊ non maris ⁊ ppter quam causam: qꝺ quidem potabile immanifestū verū tamen fluens: hoc aūt subsidens: ⁊ quia terminus magis aque ꝙ̄ principium est mare: queadmodum qꝺ in corporibus superfluūt alimenti: ⁊ oīs ⁊ maxime ꝙ humidi dicta sint tanta nobis.

¶ Capitulum tertium.



De salsedine maris.

De salsedine autē ipsi⁹ dicēdum: ⁊ vtrū semp est idē aut neq₃ erat neq₃ erit s₃ deficiet: etenim sic putāt quidā. Hoc quidē igitur visi sunt hoīes confiteri qꝺ factū est: siquidē ⁊ oīs mūdus simul. n. ipsi⁹ faciūt generationē: q₂ palā ꝙ siquidē ppetuū oē ⁊ de mari existimādū. ¶ Putare aūt min⁹ fieri ꝭm mul
X titudinē: sicut ait Democrit⁹: ⁊ tandē deficere ab
Democriti opinio. Esopi fabulis nihil differre videtur persuasus: sic etenim ille fabulose composuit ꝙ bis quidem carybdis resorbens primo quidē montes fecit manifestos: secundo autem insulas: vltimo autem

sorbens aridum faciet omnino. Illi quidem igitur cõgruebat irato ad porthmea talem dicere fabulam: veritatem autem querentibus minus. Propter quam causam mansit primo: siue ppter pondus vt etiam quidam horum aiunt: in promptu enim huiusmodi causam videre siue ꝛ ppter aliud quid palam ꝙ ppter hoc pmanere necessarium ꝛ reliquo tempore ipsum: aut enim dicendũ ipsis ꝙ neqꝫ eleuata aqua a sole veniet iterum: aut si quidem hoc erit necessarium: aut semper: aut quãdiu quidem fuerit hoc remanere mare iterum sursum ferri illud prius oportebit qđ potabile: quare nunqꝫ exsiccabitur: iterum enim illud perueniet descendens in ipsum qđ preascendit. Differt enim nihil semel hoc dicere: aut sepe: siquidem igitur solem cessare faciat quis allatione quid erit exsiccans: si autem permutet esse circulationes semper propinquas potabile: sicut diximus sursum ducet: demittet autem iterum recedens. ¶ Acceperunt autem suspitionem hanc de mari eo ꝙ multa loca apparent sicciora nunc qꝫ prius: de quo causam diximus: quia ẜm quedam tempora excessibus factis aque hoc est passio: sed non ppter totius generationem ꝛ partium: ꝛ iterum erit contrarium ꝛ cum factum fuerit iterum exsiccabitur: ꝛ hec sic circulariter necessarium semper ire: magis enim sic rationabile existimare qꝫ ppter hec celum totum permutari. Sed de his quidem plus qꝫ dignum immoratus est sermo. ¶ De salsedine autem his quidem qui semel generauerunt: ꝛ totaliter ipsum generant: impossibile est salsum facere. Si enim omnis humidi ꝙ circa terrã erat: ꝛ eleuati a sole residuum factum est mare: sicqꝫ inexistit tãtus sapor in multa aqua dulci propter immixtam esse quãdam terrã talem: nihilominus cum aduenerit iteruꝫ aqua que euaporabit: necesse equali existente ꝛ primo ꝛ multitudine: aut si neqꝫ pri⁹ neqꝫ posterius: salsum ipsum esse. Si autem ꝛ primo confestim erat dicẽduꝫ que causa: ꝛ simul ppter qđ: ꝛ si non: ꝛ tunc sursum latum fuerit ꝛ nunc patitur hec. At vero ꝛ quicunqꝫ terram causam ponunt salsedinis immixtam. Habere enim multos sapores aiunt ipsam vt a fluuijs simul delatam ppter mixturam facere salsum: inconueniens autem non ꝛ fluuios salsos esse: quomodo enim possibile in magna quadam multitudine aque euidens sic facere mixturaꝫ terre talis. In vnoquoqꝫ autem non palam enim ꝙ mare est ois fluuialis aqua: in nullo eñ differebat nisi eo ꝙ salsum sit a fluuijs: hic autem nullus venit in locum in quem omnes simul fluunt. Similiter autem ꝛ derisibile: et si quis dicens sudorem terre esse mare putat aliquid planum dixisse: sicut Empedocles ad poesim quidem enim sic dicens forte dixit sufficienter. Metaphora enim est poetica: ad cognoscendũ autem naturam non sufficienter: neqꝫ enim sic palam hic qualiter ex dulci poculo salsus fit sudor: vtrum

Y Impugnatio.

Causa erroris

A De cã salsedinis maris ẜm opinionẽ aliorum:

B

ascendente quodã solũ puta dulcissimo aut cõmixto quodã sicut in his que per cinerẽ colant aquis: videt aũt eadẽ causa esse ⁊ circa superfluũ in vesica collectũ. Etẽm illud amarũ ⁊ salsum fit potato eo qđ in alimẽto humido existẽte dulci. Si itaq̃ queadmoduz que per calcẽ colatur aqua amara fit: ⁊ adhuc quidẽ simul cũ vrina delata tali quadã virtute: qualis ⁊ videt subsistẽs in vasis salsedo: cũ sudore aũt cum segregata ex carnibus velut abluente qđ tale ex corpore exeũte humido: palã qđ ⁊ in mari qđ ex terra commixtũ humido cã salsedinis: in corpore quidẽ igitur fit tale q̃ alimenti hypostasis propter indigestionẽ: in terra enim ſm quẽ modum existit dicendum. Omnino autem quõ possibile tantã aque multitudine desiccatam ⁊ calefactam segregari: sub multiplicem enim oportet ipsam esse partem relictam in terra. Adhuc propter quid non: ⁊ nunc cum exsiccata fuerit terra: siue amplior: siue minor sudat: humiditas enim ⁊ sudor fiunt amara: siquidẽ enim tũc ⁊ nunc oportebat: non videtur autẽ hoc accidẽs: sed humida quidem existens exsiccatur: sicca aũt existens nihil patitur tale. Quo modo igitur possibile circa primam generationem: humida existẽte terra: sudare exsiccata: s₃ magis verisimile: sicut aiũt q̃dã assum pta plurimo ⁊ eleuato humido propter solem ⁊ relictum esse mare: humidum autem existentem sudare impossibile: que quidem igitur dicuntur salsedinis cause diffugere vident rationem. Nos autem dicamus principium sumentes idem qđ ⁊ prius: quoniam enim positum est duplicem esse exhalationem: hãc quidem humidam: hanc vero siccam: palam qđ hoc putandum principium esse talium: ⁊ vtiq̃ ⁊ de quo prius dubitasse necessarium: vtrũ ⁊ mare semper permanet earundem existens partium numero: aut specie et quantitate permutatis semper partibus: queadmodum aer et potabilis aqua ⁊ ignis: semper enim aliud et aliud fit horum vnũquodq̃: species autem multitudinis vniuscuiusq̃ horum manet: sicut que fluentium aquarum: ⁊ flamme: fluxus. Manifestuz itaq̃ ⁊ hoc ⁊ probabile q̃ impossibile non eandem esse de omnibꝰ his rationem: ⁊ differre velocitate ⁊ tarditate permutationis: in omnibusq̃ corruptionem esse ⁊ generationem: hoc tamen ordinate accidere omnibus ipsis. His autem sic se habentibus tentandum reddere causam ⁊ de salsedine. Manifestum itaq̃ ꝑ multa signa q̃ fit talis sapor propter commixtionem in corporibꝰ quãdam: etenim q̃ indigestissimum salsum ⁊ amarum: sicut ⁊ prius diximus. Indigestissimum enim superfluum humidi alimenti: talis autem omnis hypostasis: maxime autem que in vesica. Signum autem quia subtilissima est: digesta autem omnia constare nata sunt. Deinde sudor semper in his in quibus idem corpus cum segregatur qđ facit saporem hũc. Similiter autem ⁊ in adustis: vbi

De cã salsedis maris ſcđm opinionẽ propriã.

Signa.

enim vtiqꝫ non obtinuerit calidū: in corporibus quidē fit superfluitas: in adustis autem cinis propter quod ꝛ mare quidem exusta aiunt factum esse terra: qđ siquidem dicere est inconueniens. Qđ tamen ex tali verum: sicut enim ꝛ in dictis: sic ꝛ in toto ꝛ ex nascētibus ꝛ factis ſm naturā: semper oportet intelligere: sicut ex ignitis quod relinquitur talem esse terram ꝛ itaqꝫ ꝛ eam que in arida exhalationem omnem: hoc enim exhibet multam hanc multitudinem. Mixta autem sicut diximus existente vaporosa exhalatione ꝛ sicca cum constiterint in nubes ꝛ aquam: necessarium est intercipi aliquam multitudinem semper huius virtutis: et simul deorsum ferri iterum pluta: ꝛ hoc semper fieri ſm quendam ordinem vt contingit que hic participare ordinem. Unde quidem igitur generatio salsi inest in aqua dictuꝫ est. Et propter hoc australes aque latiores ꝛ prime autūnalium. Auster enim ꝛ magnitudine ꝛ spiritu estuosissimus est ventus: et flat a locis siccis ꝛ calidis. Quare cum pauco vapore propter quod ꝛ calidus est. Si enim ꝛ non talis: sed vnde incipit flare frigidus nihilominus procedens: propterea ꝙ comprehendit multam exhalationem siccam ex propinquis locis calidus est. Boreas autem velut a frigidis locis vaporosus: propter quod frigidus: eo autem ꝙ propellat serenus hic: in oppositis autem aquosus. Similiter autem ꝛ auster serenus his qui circa lybiam. Multum igitur in deorsum lata aqua confert ꝙ tale: et autūno late aque. Necesse enim grauissima prima deferri. Quare in quibuscunqꝫ inest talis terre multitudo tendunt citissime deorsum hec. ¶ Et calidum etiam mare propter hec est: omnia enim quecunqꝫ ignita fuerint habent potentia caliditatem in ipsis. videre autem licet ꝛ calcem et cinerem et hypostasim animalium ꝛ siccam ꝛ humidam calidissimorum ſm ventrem animalium accidit calidissimam esse hypostasim. Fit igitur semper latior extra alia littora et alteratur propter hanc causam: eleuatur autem semper aliqua pars ipsius cum dulci et minor tanto quanto ꝛ in plura salsa ꝛ lata dulci minor propter quod quidem equale est vt ad omne dicere. Quod autem fit vaporans potabile ꝛ non in mare concernitur vaporans quando constiterit iterum tentantes dicamus. Patiuntur etiam ꝛ animalia idem: et enim vinum ꝛ omnes humores quicunqꝫ vaporantes iterum in humidum cum constiterint aque fiunt. Alie eñ passiones aq̄ sunt propter quādam cōmixtionē: ꝛ qualecūqꝫ fuerit qđ cōmixtam talem facit saporem: sed de his quidē in aliis tpibus conuenientioribus faciendū considerationē. ¶ Nūc aūt tantū diximus ꝙ maris existens semp aliquid sursum ducitur ꝛ fit potabile: ꝛ deorsum in pluta descendit, aliud factū non qđ sursum ductū: ꝛ propter pōdus subsidet potabili: et propter hec non deficit: sicut fluuij: nisi

E Qđ mare fit semper equaliter salsum.

F

locis quibusdam:hoc autem ꝛ in ambobus necesse accidere simi= liter:neqꝫ semper eedē partes permanent:neqꝫ terre:neqꝫ maris: sed tantum tota moles. Etenim de terra similiter oportet existi= mare:hic quidem enim sursum venit:hec autem iterum condescē= dit:ꝛ loca permutant:ꝛ que supernatantia et que descendentia ite rum. Qđ autem est in commixtione alicuius salsum:palā non so= lum ex dictis:sed ꝛ si quis vas cereum formans posuerit in mare circunligans os taliter: vt non per rimā aliquā intret mare:quod enī ingreditur per parietes cereos fit potabilis aqua: quasi enim per liga terre qđ terrestre secernitur ꝛ faciens salsedinē propter cō mixtionem:hec enim causa ꝛ grauedinis:plus enim trahi salsa ꝙ̄ potabilis ꝛ grossitiei:etenim grossities differt intantum vt naues ab eodē pondere rerū in fluuijs quidem fere submergātur:in ma= ri autem mediocriter habeāt ꝛ nauigabiliter.propter qđ quidem aliqui in fluuijs onerantiū ꝑpter hāc ignorantiā dānificati sunt.

G Naues ab eodē pon dere sub= mergūtur ī fluuijs ꝛ nō ī mari.

¶ Argumētū autē mixti ꝙ grossior est moles:si enī aliquis aquā salsam fecerit valde miscens sal supernatant oua et si sint plena: plene enī sicut lutum fit tantaꝫ hꝫ corpulentā multitudinē mare: idē autē hec operant ꝛ circa salsituras. Si aūt est sicut fabulātur quidā in palestina tale stagnū in qđ si quis immiserit colligatum hominem:aut subiugale supernatare ꝛ nō submergi in aquā:testi moniū vtiqꝫ erit aliquod dictis. Dicūt autē amarū sic esse stagnū ꝛ salsum:vt ibi nullus piscis innascat. Uestimēta autē abstergi si quis humectans permouerit. Sunt autē ꝛ oīa talia signa dictoꝝ ꝙ salsedinē facit corpus aliqđ:ꝛ terrestre est qđ inexistit. In caho nia enī fons quidē est aque late:effluit aūt hic in fluuiū prope dul cem quidē:pisces aūt non habentē:elegerūt enī vt qui sibi fabulā tur ꝑtāte data ab Eracleo qn̄venit ab erethria ducēs boues salem pro piscibus qui fiunt ipsis ex fonte. Huius enim aque decoquen= tes aliquā partē ponūt ꝛ fit frigida cū euaporauerit humidū cum calido:sales non grossi compacti:sed laxi ꝛ subtiles:sicut nix. sunt autem virtute debiliores alijs ꝛ plures delectant illecti: et colore non similiter albi: tale autem alterum fit ꝛ in ombricis. Est enim quidam locus in quo nascuntur calami ꝛ scyrpus:de his combu= runt ꝛ cinerem emittentes decoquunt in aquam:cum autem dimi serint partem aque:hic infrigidata salum fit multitudo. ¶ Qui= cūqꝫ autē sunt salsa rheumata fluuioꝝ:aut fontium plurima cali da aliquando oportet putare. Deinde principiū quidem extingui ignis:per quam autem penetrant terram adhuc manere existentē velut calcem ꝛ cinerē:sunt autem in multis locis ꝛ fontes ꝛ rheu= mata fluuiorū omnimodos habentia sapores:quorū oīm causam ponendum in existentem:aut que insit virtutem ignis: crusta enī terra ſm magis ꝛ minus omnimodas accipit formas et colorum ꝛ saporum.

H De cā sal= sedinis fō tium.

⁊ saporum. Stipterie enim ⁊ calcis ⁊ alioꝝ talium fit plena virtu
tibus ꝑ que penetrãtes aque dulces existentes ꝓmutantur: ⁊ he
quidẽ acetose fiunt: quemadmodũ q̃ in sicatia sicilie: ibi enim ox
almegi fit: ⁊ vtuntur sicut aceto ad quedã edulioꝝ suoꝝ. Est aũt
⁊ circa lyngon fons quidẽ aque acetose: circa ascythiã aũt amarꝰ.
qđ autem defluit ab ipso fluuium in quẽ ingreditur facit amarũ
totũ. ❡ Drũe aũt hoꝝ inde manifeste quales sapores ex quibus 3
fiunt ꝯmixtionibus: dictũ autẽ de ipsis seorsum in alijs. De aqua
quidẽ igiť ⁊ mari ꝓpter quas cãs ⁊ semp ꝯtinue sunt ⁊ qũo ꝑmu
tanť: ⁊ q̃ natura ipsoꝝ: adhuc aũt quascũq; passiones ꝭm naturã
ipsis accidit facere aut pati: dictum est nobis fere plurimis.


In hoc sermone inuestigat de mari quid est: ⁊ dat cãm salsedi
nis huiꝰ: declarat ꝙ est eternũ ꝭm spẽm: generabile ⁊ corru
ptibile ꝭm partẽ: postea aũt inuestigat de ventis ⁊ de parti
bus habitabilibꝰ terre: q̃ sunt: ⁊ de terremotu: ⁊ de tonitruis
⁊ fulguribꝰ: ⁊ fulmine: ⁊ dat cãs oĩum istoꝝ: ꝙuis ipse perfi
cit sermonem de his tribus quesitis vltimis in hoc sermone.
❡ Et dicamus ꝙ manifestum est ꝙ mare est elementũ aque. Nam qꝛ neces
sarium est vt sit cuilibet elementorum totum ⁊ aliqđ ad qđ vadũt seu pro
cedunt oẽs partes eius. Et nos nõ inuenimus aliquod totum aque ad qđ
vadunt omnes partes eius nisi mare solum. Erit ergo ipsum elementum
aqueũ: ⁊ omnia flumina ꝭm ꝙ ipsum est elementum de necessitate trahunť
seu fluunt ab ipso mediantibus corporibus celestibus seu pluuijs: ⁊ ad ip
sum redeunt. ❡ Et ipsum est ꝭm dispositionem q̃ non diminuitur neq; au
gmẽtatur: ⁊ si esset sicut dr ꝙ flumina sunt agentia huius: sequeretur de ne
cessitate vnũ duorum: aut ꝙ dominantur aque sup omnibus partibus ter
re: vel desineret fluxus fluminum ꝑ equalitatem originis eorum cũ aquis
maris. ❡ Et etiam per vitam meam sequeretur vltra hoc profundatio ma
ior omnibus partibus terre: sed hoc totum est contrarium esse: et contrariũ
illis que dicta sunt. Nam dispositio in similitudine aduenietis ei ad illud
qđ resoluitur ex ipso imaginať sicut dicit Aristot. sicut dispositio aque ad
dite parumper in vase amplo: ⁊ caliditas cum hoc diminuit ipsam ⁊ resol 2
uit ipsam. Impossibile est ergo apparere augmentationem de aqua q̃ est
in vase propter illud quod additur ei de aqua. Et similis est dispositio in
mari: qꝛ fiuunt in ipso flumina ⁊ sol facit ascendere ex ipso. ❡ Et qꝛ ipsum
est elementum: videtur ꝙ sit eternum ꝭm speciem: generabile et corruptibi
le ꝭm partem: ꝭm ꝙ declaratũ est de dispositione elementoꝝ. Causam autẽ
huius perficiemus qñ complebimus dare causam salsedinis eius. ❡ Et di
camus ꝙ salsecio de necessitate est accñs qđ accidit ei non ꝭm ꝙ elementuz.
Nam ipsum est saporitum: sapor autem inuenitur corpori mixto seu cõple
xionato secundum ꝙ complexionatum: sicut dicetur postea. ❡ Signum au
tem huius est ꝙ ascensio reddit ipsum delectabile. Et ideo pluuie que fiunt
secundum plurimum ex vapore ascendẽte a mari sunt delectabiles seu qua
si saporite. Signum etiam huius est ꝙ cum fit corpus sphericum ex cera nõ
solidum: ⁊ ponitur in mari: aggregatur in ipso aqua delectabilis: ⁊ hoc to
tum significat ꝙ salsedo accidit ei propter mixtionem. Et cum hoc sit ita di
camus ꝙ videtur ꝙ causa in esse salsedinis absolute est admixtio partis cõ
buste in humiditate. ❡ Et hoc imaginatur secundum modos. Quidã eoꝝ
est vt sit illa pars cooperta humiditate delectabili. Et cum agit caliditas in

Dispõ elemẽtoꝝ est vt sint eterna in spẽ ⁊ gñabilia vero ⁊ corrupti bilia ꝭm partes.

Salsedo accidit mari non inquãtuz elẽntuz est qꝛ sapor inuenit in corpore

mixto. Jd illo admixto:7 resoluit humiditatē. Nā ipsa est faciliotis seu velocioris re
I li. d sēsu solutionis remanet illa pars cōbusta salsa: sicut dispō illius qd aduenit in
7 sensato. corporibus alaliū ex cibo 7 aqua: 7 postea egrediūtur superfluitates ex ip
Prim⁹ mo so sicut sup̄fluitas q̄ est in vesica: 7 hoc qr mēbra nutriunt pte delectabili
dus. seu saporita illi⁹. Quidā aūt est vt sit hec pars amara res admixta 7 p̄n
Scd̄s mo cipio dispōnis in humiditate saporitā: fit salsum. Et h̄ po amara pōt
dus. est vt sit terra: sicut vr̄ in aquis fluctibus super terram cōbustā quasi a&s
sulphureā incineratā: et fm qd apparet ēt in aq̄s colatis in cinere. Et ali
Tertius qn̄ est vapor fumosus seu exhalatio fumosa: sicut apparet in pluuijs que
modus. fiunt in principio hyemis seu in autūno. Nā sentimus illas aquas decli
nare ad salsedinē aliquā: 7 maxime in annis siccis. Et fm quālibet spēz hu
M ius imaginatiōis inueniunt hōies imaginātes cām salsedinis maris.,
Quartus Nos aūt debem⁹ inuestigare de hoc. Et dicam⁹ q vt sit cā in salsedie ei⁹
modus. hoc. s. qr sol resoluit ptē saporitā illius ita vt remācat illa ps terrestris ad
mixta cum humiditate mixtionis: ex qua sequitur iste sapor: per vitam
meam est impossibile: nam tm̄ quātum resoluit sol ex ipso redit ad ipsum.
Et ideo magis videtur putare de sole q ipse est conseruans hoc non effici
ens. Et si esset sol efficiens salsedinis augmentaretur seu dn̄aret hoc ex ac
tione eius: ita q condensaret seu exsiccaret. Et nos debemus inuestigare
in dando aliam causam de hoc: 7 non remāsit nisi vt sit admixtio ex parte
terrestri cum combusta velut exhalatio fumosa: aut ambo. Et dicamus qd
videtur vt sit causa maiori in salsedine maris exhalatio fumosa combusta.
Nam salsedo: quia est accidens quod accidit omnibus maribus: et maria
sunt sub maiori partium terre: oportet vt sit hoc accidens quod accidit eis
ex parte terre cōe omnibus partibus terre: 7 illud qd vr̄ cōe omnib⁹ ptib⁹
terre est ascensio huius exhalationis fumose ex omnibus ptibus eius: pp
ingressum actionis corporum celestium in ea: sicut declaratum est. 7 admi
sceatur in aqua ita vt sit ex hoc talis sapor: quia prohibet ipsam ascendere
superius. Combustio aūt que accidit terre ita q incineraf: accidit hoc in
quibusdam partibus non in omnibus: non in tota terra. 7 cuz hoc nō acci
dit in quibusdam ptibus in quibus non est aqua: a fortiori non dz hoc ac
cidere in quibusdam partibus eius coopertis aqua. Et non est impossi
N bile apud me vt accidat hoc in quibusdam partibus coopertis aqua : sed
fm paucum. 7 videtur vt sit dispō seu cā in augmētatione salsedinis i q̄dā
mari magis q̄ in alio propinquitas ptis terre cōbuste 7 dispō seu prepa
ratio: vt generetur ex ipsa illa exhalatio fumosa magis: aut sunt associate
due cause simul: sicut dicitur de mari fetido: qd est in philistea. Nam illud
mare impossibile est viuere in eo aliquod aial pp̄ter fortitudinem amari
tudinis inuente in ipso. et etiam putaf q hoc mare cum aduenit in ipo ali
quod aial grossum non descendit in eo propter multitudinē admixtionis
O partium terrestrium cum aq̄s eius. Signum aūt q partes cōbuste q̄ salse
faciunt aquam maris sunt aeree seu exhalationes vtplurimum non ter
restres est claritas inuenta in partibus eius. Nam partes terrestres turbi
dant de necessitate.

Circa scdm librū meteoroꝝ vbi loquitur de mari in media sua expōne
inqt: necessariū est vt mare sit elm̄tum aque 7 origo seu tāq̄ fons illi⁹: sed
nō oē mare: sed mare qd vocaf ptinēs qd ē maximū eoꝝ 7 maioris p̄fundi
tatis 7 remotioris oibus alijs. Jnqt. 7 ex hoc mari est p̄ncipiū olz fluminū
ipsum multotiens fieri in ipso figurã ẽm figuram continentis ipsum: et universaliter nõ inueniuntur elemẽta simplicia difficilia recipere retentionem et figurã a caliditate et frigiditate ppter siccitatẽ: neq facilitas receptionis incit eis ppter humiditatẽ. Nã non est de consuetudine eorum seu de natura ipsa existẽtia simplicia retineri quedã a quibusdã: neq habere figurã et firmitatẽ: sed inuenitur in eis similis passio a potẽtijs actiuis ẽm q cõponuntur et admiscẽtur et generant et corrũpũtur. ¶ Et dicamus q intentio facilitatis passionis in corporibus istis humidis est obedientia eorum ad recipiẽdum augmentũ in qtitate et diminutione: nã aqua et aer videtur de dispõne earũ q ingrossantur: et mollia sunt ppter calorẽ et frigus. Mollefactio autẽ et grossitudo nihil aliud est nisi augmentum quantitatis et diminutio eius ¶ Mollefactionem autem consequitur subtilitas. duritiem autem cõsequitur grossitudo. Intentio autem subtilitatis et grossitudinis est facilitas separationis forme a materia et difficultas eius. Nam corpora subtilia faciliter corrumpuntur: grossa autem econtrario huius. Grossitudo autem aeris est cum appropinquatur nature aque: sed grossitudo aque est cum appropinquatur natura terre: sicut est dispositio in nunc. Mollefactio autẽ amborum est per oppositum huius. ¶ Et ideo terra quia est in fine duritiei seu compactionis et grossitudinis: non potest recipere quantitatem minorem. Et quia ignis etiam est in fine mollefactionis et subtilitatis non recipit quãtitatem maiorem. ¶ Et videtur dici q hec est intentio difficultatis passionis in his corporibus simplicibus et facilitatis eius: que est causa in facilitate receptionis compositorum figuram et terminum et in difficultate illius ita q sunt differentie inuente in eis causa eorum que inueniuntur in eis in compositis: sicut declaratum est in libro de generatione et corruptione. ¶ Et iam egressi sumus ab illo in quo fuimus. Nã hec inquisitio de dispositione elementorum magis videtur q esse debet in illo libro. Redeamus ad quod fuimus et dicamus q cum posuerimus q generatio fit per actionem virtutum actiuarum et passionem passiuarum: manifestum est q generatio inuenitur cum dominate fiut virtutes actiue super passiuas et duxerũt eas ad formam. ¶ Et corruptio est per oppositum huius. id est cum dominate sint virtutes passiue super virtutes actiuas conseruantes et deficit forma generati. ¶ Et hoc apparet considerando. Nam iste virtutes actiue ducunt illas passiuas virtutes vt ponant eas scdm dispositionem secundum quam sit possibile eis recipere formam diuersam ab eis in specie: et dum cõtinuat illa forma conseruans illas potentias passiuas in dispositione secundum quam consuetudo eorum est retinere formam remanet generatum. Cum autem debilitata sit forma a conseruatione illius dispositionis que est in materia disponitur materia ad recipiẽdum aliam formam et corrumpitur prima forma. dispositio autem materie est de necessitate propter mutationem non conuenientem accidentem forme que est in materia. Et forma que est in materia secundum q ipsa est forma complexionalis proueniens a virtutibus actiuis quod est de necessitate vel calor vel frigus vel ambo: sed declarabitur fere q est caliditas: non esse generationis a caliditate. Nam cõmixtio non potest esse nisi per ipsam: generatio autem non est nisi per complexionem et mixtionem: sicut declaratum est. ¶ Et si frigiditas hz introitũ in generationem hoc est aliquo modo. Et cum hoc sit ita: forma transmutans materie ad recipiendũ aliquam formã et separare faciens primam est de necessitate calor. Sed tamen respectu corporis corrupti est extraneus et putrefactio: respectu autem generati ex ipso est naturalis. ¶ Iam igitur declaratum est ex hoc q calor est duplex. naturalis: et extraneus: et q generatio

Marginalia: Solutio. — Corpora subtilia faciliter corrũpunt. — Idem de terra et igne. 2. de aia. 2. 97. — Calor est duplex naturalis et extraneus.

Et per calorem naturalem: corruptio autem per extraneum. ¶ Causa autem Duplex
productionis huius caloris extranei in re est vna duarum rerum: vna ea= cã putre=
rum que est per se et est calor extrinsecus cum fuerit non conueniens calor in factiõis p̃
naturali. nam frigefacit ipsum et dissoluit ipsum: et ideo videtur putrefactio maria et p̃
multiplicari in estate. ¶ Efficiens autem huius secundaria intẽtione est fri se et secũda
giditas caloris naturalis et congelatio eius. nam cum ipse fuerit debilis ria: et q̃si p̃
non potens congregare materiam et dominari super ipsam: putrefit: mate= accidẽs.
ria sicut videtur hoc accidere corporibus mortuorum et senum. Et vniuersa 5
liter in rebus inanimatis frigefactis. ¶ Et multotiens accidit hoc materie
propter humiditatem et hoc propter facilitatem passionis eius ab extrinse
cis: et propter eius debilitatem in retinendo formam. ¶ Et ideo dixit Hip=
po. et alii medici q causa putrefactionis est caliditas et humiditas: et hoc
quia ipsi non distinxerũt illud quod est per se ab illo quod est per accidẽs.
¶ Et postq̃ declaratum est q generatio fit per calorem naturalem. Et cor=
ruptio per extraneum et per frigiditatem: et declaratum est quomodo fit 6
calor extraneus. Considerandum est de actionibus vniuscuiusq̃ horum Que sit
trium: scilicet caloris naturalis et extranei et frigiditatis. ¶ Et dicamus q calorisnã
caloris naturalis operatio in rebus passibilibus de quarum consuetudine est lis opatio
prodere ad perfectionẽ est prima decoctio: et postea alia decoctio: et est quã= Digestio ẽ
do apparet in re quedam corrugatio seu maturatio: et postea digestio. Nam perfectio
videtur q digestio est perfectio generati propter actionem caloris natura= gñati p̃p
lis in materia conueniẽti. Et hec perfectio est in ipsa forma et natura. ¶ Et actionem
hoc totum videtur per considerationem et inquirendo in rebus naturalibus calorisnã
et artificialibus. Nam videtur ex iam dictis q generatio non fit nisi per ad lis in mã
mixtionem, et complexionem. admixtio autem et complexio fiunt per deco= cõueniẽti.
ctionem. decoctio vero fit per calorem naturalem: et q aduentus forme cõ= 7
plexionalis in materia est perfectio operationis caloris: et hoc vocat dige=
stio. ¶ Hoc autem impossibile est quin precedat ipsum corrugatio: et hoc
totum apparet in generatione animalium et plantarum: et nutricatione eo
rum, et augmentatione. Nam secundum modum secundum quẽ fit augmen
tatio augmentabilis: et nutricatio eius fit generatio eius: et inter hec nõ est
differentia: nisi quia augmentatio et nutricatio est generatio in tempore. al
tera autem est generatio in forma et in specie. ¶ Et hoc etiam apparet. Nã
res decocte sunt res complexionabiles seu admixte habentes humiditatẽq;.
res enim simplices sicut aqua non decoquuntur: neq; res sicce sicut terra.
Et decoctio in talibus rebus euenit eis cum hz stabilitatem et grossitudinẽ
corporis: et hoc in eis de quarum consuetudine est. admisceri et coniungi:
et dissoluitur ex eis illud quod non est de sua consuetudine decoqui: sicut
apparet hoc accidere in egritudinibus in hora in qua recipiunt corrugatio
nem seu maturationem: et hoc totum est equale seu conueniens ei quod ac=
ceptum est in diffinitione operationis caloris naturalis. ¶ Declaratũ igi=
tur est que sit operatio caloris naturalis in generationibus: et qđ ipse non
complentur nisi cum ipso. ¶ Caloris autem extranei operatio prima: et per 8
se in rebus in quibus est calor extraneus est cum dominatur super illas Que sit ca
indecoctio vel combustio. Nam de consuetudine seu natura caloris ex= loris ex=
tranei est extinguere naturalem: et resoluere humiditates subiectas ei: tranei o=
et ascenduntur ille res et comburunt: sicut accidit hoc in febribus que peratio
vocantur combustiue. ¶ Aliquando autem calor extraneus cum sit de= prima.
bilis facit indecoctionem et corruptionem: sicut accidit in febribus
phlegmaticis putridis: et multotiens in fine febrium combustiuarum.

Sed hec operatio inest ei per accidens propter debilitatem caloris natura-
Que sit opatio p̄ma frigiditatis. lis ꝛ dominiū frigiditatis. ¶ Frigiditatis aūt opatio sua primo ꝛ per se: ꝛ in eo q̄ frigus est priuatio opationis caloris naturalis: ꝛ est indecoctio et corruptio cibi. Indecoctio aūt opponitur corrugationi. Corruptio aūt cibi digestioni: ꝛ sīr cū dominat̄ opatio eius cessat generatio: vel est cā in corru-
M ptione: sicut est dispō in senibus. ¶ Et hoc totū manifestū est p̄ se: clarū cōsiderando: sed frigiditas ꝛ si opatio sua per se: ꝛ primo est in corruptione: tñ ipsa etiā v̄r coadiuuare calori naturali in gñatione aliquo mō: ꝛ hec secundaria intentione. Nam quicūq̄ calor accidēs est naturalis vnicuiq̄ enti: sed calor determinatus enti determinato. Calor aūt diuersificat̄ in augmēto ꝛ diminutione: seu intēsione ꝛ remissione. additio autem ꝛ diminutio inuenitur in eo ſm q̄ admiscet̄ ei ex frigiditate: ipsa eñ coequat ipsum: ita vt sit conueniens enti cui ipse est calor naturalis. ¶ Et etiam frigiditas descēdit seu conseruat calorē generati ne exhalet seu vaporet. nam hoc est de consuetudine eius: ꝛ facit eū redire intra generatū. ¶ Et propter hoc digestio hominum morantium in terris frigidis est melior digestione hominū morantiū in terris calidis: ꝛ fit fortior digestio in hyeme q̄ in estate. ¶ Apparet etiam alio modo: nam res artificiales assimilantur rebus naturalibus
Secūdus modus. Uide idē 8.ph.c.4. ꝛ apparet q̄ in rebus artificialibus sunt quedā operationes que perfici nō possunt nisi vtendo his duabus virtutibus. Nam faber. U.g. cū facere vult securim aut aliud: non est possibile ei hoc nisi calefaciat ferrum in igne: ita vt reddatur molle vt sit ei possibile recipere figurā. Sed mollities eueniens ei ab operatione caloris: opponitur ei qd̄ ipse intendit de duritie eius vt incidat. Et ideo ponit ipsum in aquam postq̄ compleuit figuram eius: donec sit durum. Intentio ergo quesita de his instrumentis non completur per caliditatem solam: sed per frigiditatem: sed tamen sicut diximus ſm modum coequationis. ¶ Et simile huius medici faciunt cum administrant aquas frigidas volendo exire apud partem vltimam balnei. Et hoc ideo: q2 intētio eorū prima est remouere superfluitates vltime digestionis: ꝛ illud qd̄ retinetur in porositatibus cutis illius seu sorditiem. Cum hoc tñ ponunt suam intentionem vt nō dissoluant calorem naturalem. Hec aūt intentio nō cōpletur nisi faciendo has duas res simul. ¶ Et ſm hanc viam est congelatio seu ingrossatio in arte decoctionis. ¶ Nā hic cōplet corrugationem et distinguit partes rei cocte donec ascendat oleum. U.g. ꝛ descēdat inferius res aquosa: ꝛ cum hoc sit ita in rebus artificialibus manifestū est q̄ rebus naturalibus magis cōuenit hoc. ¶ Et hec est cā q̄ inueniuntur in corpore alalis calores diuersi: sicut calor sensitiuus. U.g. mordicatiuus: sed hoc magis perfecte declarabimus cum cōsiderabimus de dispositione animalium: si deus voluerit. Iam igitur dicte sunt species virtutum actiuarum ꝛ que sunt operationes earum in generationibus. ¶ Nunc autem loquēdum est
N
De q̄litatibus passiuis. de speciebus virtutum passiuarū. At dicamus q̄ humiditas ꝛ siccitas vt iā in diffinitionibus eorum dictum est: sunt principia qualitatum passiuarū
Impossibile ē rē q̄ admiscet̄ pati nisi pp̄ hū iditatē. Jō. s. dgña. c. 3 & 4. t. c. 89. Impossibile namq̄ est rem que admiscetur pati nisi pp̄ter humiditatem: ꝛ retinere formam illius passionis nisi per siccitatem. Nam humiditas cum admixta sit siccitati recipit siccitas terminum ꝛ figurā: ꝛ siccitas cum admixta sit humiditati que ipsa habet firmitatem et retinet figuram et terminum: sicut apparet in arte figulorum. ¶ Et ex hoc apparet q̄ aqua et terra dominantur in generatione corporum homogeneorum: et ideo inueniuntur semper in his duobus elementis: propterea quia aer et si sit humidus ipse non admiscetur terre sicut admiscetur aqua cum ipsa. ¶ Et cum hoc sit ita: et declaratum est q̄ virtutes passiue sunt he due virtutes: procedendū est ad

est ad numerum earum ꝛ ad assignationem causarum harum in compositis
ex parte.i.ex parte virtutum actiuarum.¶Et dicamus ꝙ corpora homoge
nea diuersificantur coloribus:saporibus:ꝛ odore:ꝛ vniuersaliter in sensibi
libus quinq; sensuum:diuersificantur etiam in signis in passionibus que
appropriantur eis:sicut congelatio seu coagulatio ꝛ abscissio et reliqua: et
hec sunt forme eorum que se habent de istis sicut differentie.¶Et he differē O
tie famose de eis sunt circa decem ꝛ octo.Quedam enim sunt congelabilia ꝛ Decem et
non congelabilia.Quedam liquefactibilia ꝛ non liquefactibilia.Quedam octo drie
miscibilia ꝛ quedam non miscibilia.Quedam mollia ꝛ quedam nō mollia. corporuꝫ
Quedam pastibilia ꝛ quedam non.Quedam inseparabilia ꝛ quedam sepa- hōgeneo-
rabilia.Quedam compressibilia ꝛ quedam non.Quedā expressibilia ꝛ que rum.
dam non.Et quedam latificabilia et quedam non.Et quedam extensibilia
et quedam non.Et quedam flexibilia ꝛ quedam non.Quedam frangibilia
in duas partes ꝛ quedam non.Quedam minutim frangibilia ꝛ quedā nō.
Quedam scissibilia ꝛ quedam non.Quedam inscissibilia ꝛ quedā nō.Que-
dam combustibilia ꝛ quedam non.Quedam fumosibilia seu vaporabilia ꝛ
quedam non.¶Et loquamur primo de congelatione ꝛ liquefactione:ꝛ quia
congelatio seu coagulatio est quedam siccitas:ꝛ liquefactio quedam humi
ditas:debemus prius loqui de eis:ꝛ apparet ꝙ siccitas accidit rebus de qua
rum est exsiccari a caliditate ꝛ frigiditate:ꝛ ita apparet etiam ꝙ res lique-
fiunt a duobus his.¶Et nos debemus cōsiderare de hoc:ꝛ dicamus ꝙ sic- P
citas producitur a calore primo et per se.Nam de consuetudine seu natu- Siccitas
ra caloris est cōsumere humiditatem aqueam que est in admixto:ita vt do pducit a
minetur aqua:ꝛ accidit ei siccitas.¶Et causa in hoc est: quia humiditas calore.i.ꝛ
aque propterea quia est coniuncta in radice sue generationis cum frigidi- per se.
tate:ꝛ de natura caloris est corrumpere frigiditatem:sequitur de necessita Q̄uo exsic
te vt corrumpat humiditatē aque ꝛ exsiccet ipsam.¶Quō autem frigiditas catio attri
facit siccitatem locū hꝫ cōsiderationis.Nam sua operatio prima et per se buat calo
est humiditas.¶Et causa etiā in hoc est:qꝛ hūiditas aquea de natura eius ri ꝛ frigori
est associari cū ea frigiditatē:sequitur de necessitate cū dominatur forma Q
frigiditatis in re de cuius cōsuetudine est recipere humiditatem vt hume Q̄uo frigi
fiat:ꝛ cum fortificatur hic fit aqua.¶Sed veritas de hoc est ꝙ nō quelibet ditas fa-
frigiditas facit hoc:sꝫ frigiditas que est in materia humida:ꝛ est frigidi- ciat sicci
tas aquea.Frigiditas aūt que est in materia sicca sua operatio prima ꝛ p tatem.
se est siccitas.Nam agens in eo ꝙ agens agit in passum:ita ꝙ faciat ipsuꝫ
simile ei in specie ꝛ forma.¶Iā igit̄ declaratū est ex hoc ꝙ frigiditas est sꝫ Fridita
duas species:frigiditas aquea:ꝛ frigiditas terrea.Et declaratum est ex hoc ē fm duas
ꝙ frigiditas terrea exsiccat per se sicut de ꝯsuetudine caliditatis ignee est species.
facere hoc.Frigiditas aūt q̄ est in materia humida non est possibile vt ex- R
siccet nisi p accidēs.¶Et accidit calori qui est in corpore in quo dhabitur Q̄uo hūe
postea frigiditas ingredi in pfunditate eius ꝛ agere humiditate sua do- factio at-
nec corrūpatur ꝛ putrefiat:ꝛ iam dissoluit humiditatem corporis ꝛ exsicca- tribuat ca
tur illa humiditas ꝛ dominatur in eo siccitas.¶Et manifestum est ꝙ simi- liditati ꝛ
lem operationem huic operationi que est per accidens communicauit in frigiditati
ea duas species frigiditatis.s.aquea ꝛ terrea.Iaꝫ ergo declaratū est ex hoc
sermone quō siccitas attribuatur his virtutibus actiuis.¶Quō aūt attri
buitur humefactio duobus apparebit ex hoc modo:habitudo eniꝫ eius ad
frigiditatem est per se nota secundum ea que iam diximus.Sed habitudo
eius ad calorem sm ꝙ ipsa est humiditas aque impossibile est hoc de ipso p
se.sed per accidens hoc est possibile sicut diximus de frigiditate ꝙ ipsa ex-
siccat,Cum diximus ꝙ exsiccat per accidens.i.ꝙ accidit ex ipso siccitas cum

ipsa est causa in esse caloris intrat compositũ ꝛ incarceratione eius in ipso ita ꝙ inuenietur siccitas. ¶ Ita dicimus hic ꝙ calor agit humefactionem per hoc ꝙ habet operationem in inuentione cause humefactionis per se: nam de consuetudine caloris est transmutare partes siccas congelatas seu ingrossatas rei ad vaporem humidum: vel omnes vel quasdam: ꝛ congregare cum hoc frigiditatem inter compositũ: ꝛ transmutantur ille partes in aquam velociter: ꝛ si prouenit operatio ad corpus compositum in omnes eius partes fluit ꝛ distillat: ꝛ si prouenit in quasdam eius partes mollificatur ꝛ humefit. ¶ Et postꝙ declaratum est ex hoc sermone qualiter attribuitur humiditas ꝛ siccitas in corporibus compositis homogeneis debemus nos transferre in sermone de congelatione seu coagulatione ꝛ alijs: ꝛ manifestum est ꝙ quedam corpora ingrossantur seu congelantur a frigido sicut ferrum ꝛ es: ꝛ quedam coagulantur a calido sicut sal ꝛ fictile. ¶ Et quedaꝫ eorum que coagulantur per calidũ liquefiũt per frigidum sicut sal: ꝛ quedam non sicut fictile. Et similiter quedam congelantur a frigido ꝛ liquefiunt a calido: sicut ferrum: ꝛ quedam non sicut multi lapides minerales. ¶ Et similiter videtur ꝙ quedam horum corporum non coagulantur ab ab aliquo istorum: sed ingrossantur ab aliquo istorum vel a caliditate sicut sperma: vel a frigiditate sicut lutum: ꝛ quedam istorum ingrossantur a duobus sicut pix: nam ipsa ingrossatur a calido ꝛ a frigido. ¶ Et quedam res non congelantur a frigido donec ingrossentur a calido: ꝛ congelentur a frigido: sicut vinum coctum: ꝛ quedam res a nnmero istorum cõgelantur seu coagulantur sicut serositas lactis: illa aũt q̃ liq̃fiũt q̃dã sunt que fluunt et stillant: sicut cera: ꝛ alia quedam mollificantur tantum sicut cornua ꝛ alia: ꝛ nos dicemus de causa vniuscuiusꝙ harum differentiarum oppositarum: ꝛ que corpora appropriantur vnicuiqꝫ earum. ¶ Sed congelatio horũ corporum que congelantur a caliditate ꝛ a frigiditate: manifestum est ex eis que iam dicta sunt loquendo de siccitate: ꝛ hoc quia causa congelationis de necessitate est siccitas: ꝛ iam diximus quomodo accidit a duobus illis. s. a caliditate ꝛ a frigiditate. ¶ Et etiam causa liquefactionis manifesta est per iam dicta: cum liquefactio sit quedam humiditas: et iam diximus de hoc. ¶ Sed que corpora congelantur a calido si congelatio seu coinspissatio debet vocari congelatio sunt: illa corpora in quibus terra est magis ꝙ humiditas: sicut fictibile et sal nitrum: illa autem que congelantur a frigiditate non sequitur de necessitate vt sit terra magis dominans in eis: et ideo res quedam que congelantur a frigido liquefiunt a calido et fiunt aq̃: itaqꝫ quod dicitur quod de nã frigiditatis est congelare liquefactum. Sed terra est magis dominans in eis que non liquefiunt a calido: sed mollificantur tantum vel in eis que non mollificantur ꝛ a fortiori que non liquefiunt: sicut multi lapides minerales. ¶ Et postꝙ declaratum est de rebus que coagulantur a calido ꝛ congelantur a frigido: iam remansit super nos dicere cur quedam congelata a calido liquefiunt a frigido: ꝛ quedam que congelantur a frigido liquefiunt a calido quibusdam autem accidit oppositum huius. Dicamus autem quod illud quod coagulatur a calido: ꝛ est de consuetudine frigidi liquefacere illud: aut illud quod congelatur a frigido ꝛ de consuetudine calidi est liquefacere illud: res in hoc est manifesta: nam de consuetudine contrarij semper est facere oppositum actioni eius contrarij. ¶ Sed cur autem in quibusdam talibus hoc non potest fieri est pp materiam tantam: nam hic sunt res coagulate a frigido postꝙ egit in ipsa etiam caliditas: ꝛ cũ agit frigiditas in ea ꝛ reddit caliditas in profunditatem corũ donec liquefiunt: ꝛ iam exsiccata est humiditas eorum et non

remanet in eis nisi pars terrea: sicut diximus in vna causarū qua frigiditas exsiccat. Adueniēte aūt caliditate postea in eis nō pōt eas humefacere nā nō pñt produci in eis partes aeree disposite vt fiāt aquee: ⁊ ita etiā sunt hic res coagulate a calido: quas aqua nō pōt liquefacere pp fortitudinem siccitatis ⁊ strictură pororū eorū: ⁊ vlr pp difficultatē eorꝫ ad recipiēdū humiditatem: sicut fictile coctū: ipsum eñ nō liquefit in aqua nisi cum fuerit diminute coctū aut nō coctū. ¶ Declaratū igit̄ est ex hoc sermone que est causa cōgelationis ⁊ liquefactionis: ⁊ que corpora sunt cōgelabilia ⁊ dissolubilia: ⁊ quare quedā que cōgelat frigus: liquefacit calor: ⁊ quedā non: et quedā que coagulat calor: liquefacit frigus: ⁊ quedā nō. ¶ Causa autē ingrossationis quorūdam istorū corporū sunt etiā caliditas ⁊ frigiditas: sed caliditatis operatio est per se tantū. Nam ingrossatio nihil aliud est nisi admixtio partiū terrestriū cū aqueis vel aerearū cū aqueis. et cōtemperantur cum eis tota contēperatione seu cōplexiōe per decoctionē donec sit aggregatum ex eis habens firmitatē ⁊ grossitudinē: sed nō peruenit ad terminum cōgelationis: nam elementū aque in eis est magis ꝙ sit in cōgelato. ¶ Exemplū illius quod ingrossatur a calido propter admixtionē partium aerearū cum aqueis est sicut butyrū ⁊ sperma. ¶ Exemplū autē illius qđ ingrossatur a calido propter admixtionē partium terrestriū cum aqueis est sicut lac coctum: sed illud quod ingrossatur propter admixtionē elementi aquei cum terreo manifestū est: nam ingrossatio est aliqua congelatio seu coagulatio. ¶ Coagulatio autē in eo quod coagulatio fit in genere partiū terrestriū ⁊ exsiccatione elementi aquei. ¶ Sed illud de quo oportet considerare est ingrossatio que fit propter aquā ⁊ aerem: nam aer quia est subtilior aqua: impossibile est imaginari ingrossationē propter admixtionē eius cum aqua tantū ꝙ quidā putauerūt ꝙ hoc tantū apparet sensui non vere. et ipse errauit in hoc: nam videtur ꝙ butyrū hꝫ firmitatē corporis ⁊ inuenitur ſm dispositionē retinentē figurā: ⁊ quod apparet de hoc cum nos posuerimus radices que iam dicte sunt: est ꝙ iste res: ⁊ si sit elemētū aeris ⁊ aque que dominat̄ super illas: firmitas tamē que est in eis est de necessitate propter illud quod admiscetur cum eis ex partibus terrestribus quāuis sint pauce in eis. ipse enim sunt causa ingrossationis primo ⁊ per se sed tñ elemētū terreū paucū qđ admiscet̄ cū elemēto aqueo multo: solū nō prouenit ex hoc coagulatio neqꝫ grossitudo: nā caliditas exsiccat illud elementū aqueū: ⁊ cōsumit ipsum anteꝙ admiscent̄ ille partes terree ī eo admixtiōe ex qua cōtēperant̄ seu cōplexionant̄ oēs: ita vt sit eis firmitas: sed cū admiscet̄ cū elemēto aqueo elementū aereū multū: ⁊ cōplexionant̄ complexiōe tali ꝙ nō potest calor separare ea: aut difficile est separare ea: ⁊ fuerunt ibidē pariter terre pauce ex hoc talis species ingrossationis: nā calori qui est cōtemperās elementū terreū in eo cū elemēto aqueo non accidit dissoluere aquā totā ante admixtionē terre cū ipso. nā aqueū est admixtuꝫ cū aereo ⁊ cōplexionatū cum eo: ⁊ calor cōtemperat⁹ seu cōplexionat illud totū terreū cū aqueo ⁊ aereo: ⁊ decoquit ea donec habēt firmitatē aliquā: ⁊ ſm hunc modū debemus intelligere ingrossationē ex aere ⁊ aqua: non ꝙ sit aer materia per se sed ſm modū quē diximus Sed attribuūt ingrossationem ex his rebus ad aereū ⁊ aqueū cū ipsa sint dominātia super eas. et accidētia que accidūt in his corporeis homogeneis attribuunt̄ predominanti in eis ex elemētis. ¶ Iam igit̄ declaratū sit que est habitudo ingrossationis cū calore: ⁊ q̄ sunt res que ingrossant̄. ¶ Sed quomodo fit ingrossatio a frigiditate hoc est duob⁹ modis: vnus eorū p se: alt⁹ autē p accñs. ¶ Per se aūt est cum trāsmutant̄ ptes aeree in re q̄ ingrossatur ad aqueam

T

Ingrossatio nihil aliud ē nisi admixtio ptiū terrestriū cum aq̄is vl' aerearū cuꝫ aqueis.

U

Quidem coagulatio. ⁊ ꝯsidera differētiā inter eā ⁊ inter igrossationeꝫ.

Quō fit ingrossatio a frigiditate: et qt modis.

X

Quõ ingrossatio cãet p sea frigore il qb' reb'. Quõ ingrossatio cãet a friditate per accidens.

et fit grossum pp hanc causam. hoc aũt accidit in reb' aereis aqueis fortis vnionis sicut oleũ: sed relique res aeree in quib' nõ est cõglutinatio: neqz sunt fortis vnionis accidit eis a frigiditate oppositũ hui'.i. frigiditas dissoluit ex eis illud qd ingrossatũ est a caliditate sicut sperma. Nam cum accidit ei frigiditas dissoluit ab ipso calorẽ: et separant partes eius et recedit aereũ et remanet aqueũ: et etiã trãsmutatur aliquid eius ad aquã. ¶ Sed operatio frigiditatis in grossitudine per accidens est cũ retinet calor naturalis in corpore rei sicut videm' brodiũ ingrossari cũ cõgelatione in lateribus iterioribus vasis. Res aũt q̃ igrossant a duob' sunt res aeree aquee fortis vnionis sicut oleũ. Nã frigiditas ingrossat ipsum eo modo quo dixim' et caliditas etiã hoc facit in eo: nã ipsa addit in admixtione eius et cõplexione partiũ eius donec fiat grossum fm quandã grossitudinẽ. ¶ Cur autem quedã res ingrossant a calido et cõgelãtur a frigido sicut sanguis et gũmi: hoc autẽ manifestũ est: qz caliditas cũ egit in ipsis ingrossationẽ: et postea aduenit ei frigus remouet residuũ humiditatis carũ per dissolutionem illius qd remãsit ibidẽ ex calore. Et propter hãc causam nõ cõgelat sanguis egrotãtis propter priuationẽ caloris naturalis in eo et multã humiditatem. ¶ Sed res que ingrossant a calido et congelãtur a frigido sine hoc qd precedat cõgelationẽ eorũ ingrossatio a calore sunt res aquee et terree nisi q terrestreitas in eis nõ est tãta vt perueniat ex multitudine eius ad terminum qui sit possibilis coagulari a calido: et ita cum aduenit eis frigiditas congelat ea: propterea qz illud qd cõgelat frigus nõ oportet vt dicimus q sit multũ elemẽti terrei in eo: sicut sequit hoc cum coagulat a calido: et ista ambo conueniũt in hoc q trãsmutãtur ptes rei cõgelate in hora cõgelationis ad naturã terreã quãdam. Sed natura terrea que est in cõgelato a calore non potest esse in potẽtia humida: sed terreũ qd facit frigus est in potentia propinqua humidũ: sicut est dispositio in niue: cui est possibile vt sit aqua in actu. Et ideo pluit seu stillat per calorẽ paucũ aduenientem ei. ¶ Sed res que nõ cõgelãtur ab aliquo istorũ sunt res aquose paucũ habẽtes de elemẽto terre et aeris: nã q ipse nõ cõgelãtur a calido mãifestũ est: nã calor cõsumit humiditatẽ eorũ autequã appareat ex ipso grossitudo ex elemento terre. Causa autẽ in hoc q nõ cõgelãtur a frigido: cũ hoc q de natura frigidi est cõgelare res aquosas: videt q sit causa in hoc: qz calor naturalis qui est in eis nõ separat per frigiditatẽ: sicut est dispositio aceti et serositatis lactis: aut erit terreũ valde paucũ: et est difficile reducere ipsas ad siccitatẽ. ¶ Iã declaratũ est ex hoc sermone: que sunt res cõgelabiles et nõ cõgelabiles: ingrossabiles et nõ ingrossabiles: liquefactibiles et nõ liquefactibiles: humide et nõ humide. Et hic sunt maiora de differẽtijs oppositis horũ corporũ. ¶ Debemus post hoc procedere ad sermonẽ aliarũ differẽtiarũ quas narrauimus. Dicamus igitur q miscibilia sunt illa inter q̃ aduenit humiditas ab extra et humestũt: et hoc propter apparitionẽ pororum eorũ. Eorũ autẽ quedã sunt cũ hoc velociter passibilia: et hoc est sicut butyrum: et quedã nõ sunt velociter passibilia: et nõ liquefiũt sicut lana: et quedã res in principio sue miscibilitatis liquefit sicut sal nitrũ: immiscibilia aũt sunt illa in q̃bus nõ puenit humiditas interi' ab extra: et hoc vel ppea qz nõ habẽt poros: vel si hñt: sunt pui seu subtiles vel tortuosi: aut fm hoc ambo. ¶ Res autẽ molles sunt ille in q̃bus profundat digitus: et superficies earum remanẽt in dispositione fm quã nõ separãtur seu nõ discõtinuãtur: sicut est dispositio in aqua. ecõtrario autẽ huius est lapis durus. Et iste due species diffiniũtur seu terminãtur per relationẽ ad tactũ. ¶ Passibilia aũt de his sunt illa que cum hoc q profundatur in superficie eorũ digitus nõ

De miscibilib' et nõ miscibilibus.

De molli et duro.

Quid passibile.

redeunt ad illud in quo fuerunt. ¶ Expressibilia sunt illa in quibus ꝓfundatur digit⁹: ꝛ postea redeũt sicut est cõsuetudo lane: ꝛ cũ nõ redeũt vocantur cõpressibilia. ¶ Sed extẽsibilia sunt illa que possunt trahi ex vno latere: ꝛ elongãtur ꝛ nõ incidũtur: ꝛ sunt vniuersaliter res conglutinatiue seu res in quib⁹ est aliqua cõglutinatio. Sed res que sunt cõglutinatiue in quibus iam admixta est humiditas cũ terrestreitate admixtione multa: ꝛ difficulter separãtur: ꝛ separatio earũ est difficilis. Et ideo possibile est vt non separent̃: nã cõiunctio ꝛ vnio sunt de necessitate propter humiditatẽ. Separatio autẽ ꝛ diuisio est propter siccitatẽ. Et est oppositũ huius. ¶ Latificabilia autẽ sunt illa que fiunt lata per verberationẽ mallei: ꝛ sunt illa q̃ mouent̃ ſm tres dimensiones ex vna verberatione: sicut est cõsuetudo plũbi. Ipsum enĩ cũ verberat̃ recipit augmentationẽ in longitudine ꝛ latitudine: ꝛ diminuit̃ in profunditate. Inlatificabilia seu indilatabilia sunt ecõtrario hui⁹. ¶ Flexibilia aũt sunt illa q̃ possunt a rectitudine redire ad flexibilitatẽ: sicut virge humide ꝛ calami. Frãgibilia aũt sunt illa q̃ diuidunt̃ ad partes magnas. Et minutim frãgibilia sunt opposita istorũ .i. ꝙ ipsa diuidũtur ad partes paruas. ¶ Causa aũt in hoc est distãtia pororũ rerum frãgibiliũ quorũdã a quibusdã: ꝛ propinqtas eorũ in minutim frãgibilia. ¶ Scissibilia aũt sunt illa q̃ diuidũtur ſm longitudinem. Inscissibilia sunt illa que diuidũtur ſm latitudinẽ. Et causa in hoc est causa positionis filorum seu villorũ: ex quib⁹ componũtur hec corpora. ¶ Corpora aũt cõbustibilia sunt illa in quib⁹ sunt vie pertrãsitiõis: ꝛ recipiũt ignẽ ꝛ ẽ humiditas cõueniẽs: ꝛ humiditas illa est aerea nõ aquea: sicut est dispositio i ligno olei vocati: aut sunt in eis ꝑtes fumose velociter accensibiles sicut est dispositio in ligno vocato. Et quedã istorũ cõbustibiliũ inflãmant̃ seu faciũt flãmã: ꝛ hoc vel propter humiditatẽ aereã q̃ est in eis: vel propter fumositatẽ. Quedã aũt eorũ nõ inflãmãtur ꝑꝑ dñium terre in eis sicut carbones ꝛ lapis durus qui cõburitur: donec fiat carbo ꝛ ferrũ. ¶ Fumosibilia aũt seu vaporabilia sunt illa in quibus cũ ignis agit resoluit̃ ex eis humiditas admixta fumositati: ꝛ hec humiditas cũ dominat̃ partib⁹ fumosis vocat̃ vapor: sicut est dispositio de illo qđ descendit ab oleo ꝛ adipe: ꝛ si est pauca vocat̃ fumus seu exhalatio qđ est nomẽ generis eius sicut est dispositio in lignis q̃ cõburũtur. ¶ He sunt dñie qb⁹ cognoscunt̃ seu distinguunt̃ hõgenea. Et ex his põt homo ꝑuenire ad mãꝫ cuiuslibꝫ corpoꝝ hõgeneorũ .i. ad mẽsurã q̃ est in eis de aqua ꝛ ex terra. Et q̃ istorũ dñat̃ i vnoquoqꝫ illoꝝ: ꝛ q̃ sit cã agẽs vniuscuiusqꝫ istoꝝ. ꝛ maxime i his differẽtijs magnis q̃ inueniunt̃ i eis .s. cõgelatiõe ꝛ dissolutiõe ꝛ priuatiõe istoꝝ. et sĩlr possibile est ꝑuenire ex his dñijs ad mẽsurã caliditatis ꝛ frigiditatis in eis. ¶ Et tñ ꝯueniẽs est vt ea q̃ declarata sunt de his .s. de cõplexionib⁹ seu admixtionibus coꝝ ꝑ has dñias adiũgi reb⁹ q̃ dicte sunt in inuẽtione hoĩs ex se in cõplexione simpliciũ ꝑ ratiocinationẽ: ita vt cõpleat̃ illa pars artis medicine: ꝛ nos dabim⁹ h rlãs gñales: ita ꝙ cũ nos ꝓcedim⁹ ad sermonẽ vniuscuiusqꝫ corpoꝝ homogeneorũ erit nobis posse dare oẽs cãs eius .s. mãm ꝛ efficiens ꝛ formã: ꝛ etiã hoc est principiũ ex quo põt homo ꝑuenire ad mãꝫ oĩm corporũ hõgeneorũ. ¶ Et dicam⁹ ꝙ illud qđ coagulat̃ a calido elementũ terreũ dñat̃ in eo: ꝛ maxime illud qđ nõ põt liqͥfieri a frigido. ¶ Illud autem qđ cõgelat̃ a frigido si caliditas ingrossat hoc prius: ꝛ fuit ingrossatio terre cũ aqua terreũ dñat̃ sup ipm: sicut lac coctũ: ꝛ silia eis. ¶ Sed illđ qđ hꝫ grossitudinẽ ex admixtiõe aeris in aqua aer est ꝑdñans sicut oleũ: ꝛ iõ natat sup aquã. ¶ Sed illđ qđ cõgelat frigidũ anteqꝫ ingrosset ipsum calidum qđ dñat̃ sup hoc est aqueum. Res aũt coagulate grosse siue grossities eius

Quid expressibile

Quid extensibile.

Cõiũctio ꝛ vnio sũt de necessitate ꝑꝑ hũiditatẽ: separatio aũt diuisio ꝑꝑ siccitatẽ.

Quid latificabile.

Quid flexibile.

Quid scissibile.

Quid cõbustibile.

Quid fumosibile.

A

In corpe a calido coagulato: ꝛ precipue in eo qđ a frigido nõ põt liquefieri dñatur terra.

sit a calido siue a frigido:sunt admixte ex elemento aqueo ꝛ terreo:sed terreum multotiens ingrossat a calido:ꝛ hoc in eo qd facit grossum ex partibus terreis ꝛ aqueis. ¶Sed illud quod coagulat a calido vel a partibus aeris:aer dominat super ipsum:ꝛ hoc etiã apparet ex liquefactione. Nam res quas liquefacit frigidũ ꝛ facit eas colare seu fluere: siccitas dominat super ipsas:sicut sal ꝛ sal:nitrũ:ꝛ res quas colat calidũ ꝛ liquefacit humiditas dominat in eis:ꝛ hoc cum nõ acciderit eis dissolutio:propterea q calidum ingrossat ea anteqȝ cõgelẽtur a frigido:sicut multa metalla que lique fiunt. ¶Res aũt quas caliditas quasi molles facit tñ absqȝ hoc q liquefa

B cit eas:dñat in eis siccitas. ¶Res aũt que nõ cõgelant neqȝ a calido neqȝ a frigido sup eas dominat aqueũ. Nam causa in hoc q ipse nõ cõgelant a calido est:qꝛ humiditas illa consumit anteqȝ ingrossat:ꝛ a fortiori vt coagulat propter paucitatẽ elementi terre in eis:propterea qꝛ illud qd coagulatur opꝫ vt sint in eo partes terre. Qd aũt nõ congelat a frigido est etiã p paucitatẽ ptium terrestriũ in eis. nã illud qd cõgelat in ipso sunt quodãmodo ptes terrestres. ¶Uel causa hui⁹ est:qꝛ caliditas earũ nõ separatur ab eis pp fortitudinẽ admixtionis eius in eis:ꝛ p has res possum⁹ puenire in cognitionẽ elemẽtorũ passiuorũ predñantiũ in vnoquoqȝ istorũ corporũ ¶Et aliqñ possibile est puenire ex hisinet reb⁹ in cognitionẽ aliorũ. s. qꝛt⁹ ex virtutib⁹ actiuis dñat magis in vnoqȝ eorũ.

C ¶Res aũt attribuũt calido ꝛ frigido duob⁹ modis. Unus eorũ vt sint in rebus ſm naturã:ali⁹ aũt vt sint in eis accidẽtales:calor aũt naturalis ipse est forma rei:ꝛ similiter frigiditas naturalis aliquo modo. Calor aũt accidẽtalis est sicut putrefactio ꝛ sicut calor accidẽs quibusdã rebus ab extrinseco:donec fiant calide in actu. Et ſm hos modos etiã inuenit frigiditas accidentalis: ꝛ cum hoc sit ita:illud ergo qd coagulat ꝛ idurat a calore naturali ipsum etiã est de necessitate calidũ. et similiter illud quod ingrossat calidum:ꝛ maxime p tes aeree sunt in eo magis:illud aũt quod congelat frigus:propterea quia frigus fit seu facit in rebus complexionatis seu que coadmiscentur secundaria intentione siue dubio calor ante hoc ingrossauit eas. Et cum hoc sit ita:ipse sunt terree frigide: sicut ossa ꝛ cornua:ꝛ cum fuerit ingrossatio in eis ex admixtione partium terrearum ꝛ aquearum. Illud autem quod ingrossatur ex admixtione aerearum ꝛ aquearum est de necessitate calidum: et si frigidum congelet illud:sicut adeps ꝛ pinguedo: ꝛ omne illud in quo dominatur aqueum est frigidum dum non accidat ei caliditas extranea. ꝛ similiter terra:ꝛ per illudmet possumus peruenire ad causam agentem. Et manifestum est quod forme istorum corporum non sunt aliud nisi complexio seu commixtio media in vnoquoqȝ eorum ex qua sequitur aliquod accidens de his accidentibus que narrauimus: ꝛ ideo nos non indigemus ponere hic de causis agentibus nisi elementa ꝛ corpora celestia vt declaratum est. Sed corpora organica indigent alio principio ingredi in eis: nã hominem sicut dicit Aristo. producit ipsum homo ꝛ sol.

D ¶Et propter propinquitatem istorum corporum homogeneorum ad materiam non apparent differentie eorum: sed attribuuntur semper ad illud quod sequitur ex calido ꝛ frigido: vel humido ꝛ sicco: ꝛ alijs differentijs quas numerauimus. Sed corpora organica composita ex his differentie in his apparent magis. Nam forme eorum non sunt complexionales nec attribuuntur complexioni seu coadmixtioni: sicut pes ꝛ reliqua membra: ꝛ ideo cum remouentur ex his membris forme eorum per quas sunt organica dicitur de eis nomen equiuoce:sicut manus que dicitur de manu hominis viui ꝛ mortui. ¶Et si nos desideramus scire omnes species coma

Nota q̃re qdã neqȝ a calido neqȝ a frigido congelantur.

Res attribuunt calido ꝛ frigido duob⁹ modis

Quare differẽtie in corpibus hõgeneis sunt latẽtes.

positionis nos prius debemus loqui de magis simplicibus ex eis: et sunt corpora homogenea. Post hoc loquendum est de compositis secunda compositione: et propterea quia corpora homogenea sunt duorum modorum: unus est quod ita est dispositus quod non componatur ex eo aliud sicut mineralia: et de hoc debemus loqui separatim et proprie: et dare eas ex quibus constituitur, una quaeque species sensibilis: et non est sicut quidam putaverunt quod iste sermo sufficit de illo quod remansit ex hoc: sicut iste sermo non sufficit in cognitione quid sit sanguis et caro et alia membra homogenea quae inveniuntur in animalibus: et hec est alia species seu alius modus corporum homogeneorum: et ipsa universaliter est disposita seu preparata ad hoc ut fit membrum organicum sicut manus et pedes: et ideo cum inveniuntur iste partes homogenee sine composito: aut quod iam desinit forma compositi: dicitur de eis illud nomen equivoce cum eis que inveniuntur in composito: sicut caro que dicitur de carne mortua et viva. Compositio igitur est ei quasi forma: et ipsum est quasi materia: et sicut materia non est de consuetudine eius separari a forma: ita est dispositio in hoc: et cum hoc sit ita loquendum est de hac specie homogeneorum cum loquetur de organicis: et hoc in lib. de animalibus. Plante autem sunt tanquam medium inter has duas species: sed magis propinquum est ut enumeretur in secunda specie compositionis. Nam ipsum est quodammodo organicum: et ideo consideratio de eo debet esse post mineralia et ante animalia. Et in hoc completus est sermo in aggregatione sermonum scientificorum ex quatuor libris Ari. ut promisimus gratias deo nostro. Et in hoc completur summa Auerroys in lib. Meteororum.

¶ Auerroys Cordubensis Commentaria in Quartum lib. Meteororum Aristo. Et est noua traductio.



Postquam divisum est quod principia elementorum que sunt secundum modum forme sunt quatuor: sicut est numerus elementorum ex quibus componuntur: et duo sunt activa et sunt calor et frigus: et duo passiva et sunt humidum et siccum. ¶ Et signum huius est quod calor et frigus sunt ambo que componunt res ad senuisceni / et admiscent quousque res noua generetur: et universaliter iste due potentie et virtutes sunt que mutant creaturas convenientes in genere unam in aliam. Sed siccitas, et humiditas sunt passiva in seipsis istarum duarum qualitatum: et per illas duas patiuntur omnia composita. A

¶ Et signum huius est: quod etiam antiqui diffiniunt cum istis distinctionibus illas: et nominaverunt illa nominibus istorum: et dixerunt quod calor et frigus erant virtutes operantes: et humiditas et siccitas erant virtutes operate: et diffinierunt humidum facile ad separationem ab aliquo per aliquod grave concludi per se: et diffinierunt siccitatem per contrarium: et volo dicere quod sit grave separari ab alio: leve concludi in se: sed diffinierunt frigus quod aggregat etherogenea et homogenea: diffinierunt calorem quod aggregat homogenea et seperat etherogenea. Et postquam hoc certum est: iam manifestum est principiorum simplicium duo sunt activa et duo passiva. B

1 Debes scire q non debemus dubitare in hoc qd diximus z q humiditas z siccitas sunt passiua: z frigus z calor actiua. ¶Quoniam inuenimus illas qlibet agere sibi similia: siccum enim generat siccum: z humidum humidum: sicut facit calidum calidum: z frigidum generat frigidum. ¶Quoniam hic predicta ppositio de passiuis z actiuis non considerabatur in comparatione actionis indiuiduorum mixtorum: nec passiuorum ad se: in hac mixtione fuit inuentum q calor z frigus sunt que coniungunt z applicant elementa rerum ad se inuicem z admiscent quousq generetur ex illis elementis res noua: z fuit humidum inuentum cum quo recipit res passionem caloris z frigoris z mixtionis: z siccitas cum q recipitur incorporatio z statio in se: z illa igitur comparata fuerunt ad actionem: z ista ad passionem.

¶Determinatis autem sumendum vtiq erit operationes ipsorum quibus operantur factiua z passiuorum species. Primo quidem igitur vtr simplex generatio z naturalis permutatio harum virtutum est opus z opposita corruptio fm naturam: hec quidem igitur plantis existunt z partibus ipsorum. Est autem simplex z naturalis gnatio pmutatio ab his virtutibus cum habeant ronem ex subiecta ma vnicuiq nae. Hec aut sunt dicte virtutes passiue: generant autem calidum z frigidum obtinentia materiam: cum autem non obtineant fm partem quidem molinsis z indigestio fit.

Quid simplex sit generatio.

¶Et postq manifestum est q ista sunt actiua z duo passiua: iam conuenit q rememoremur modos opationum actiuarum z modos passiuarum: z dicamus q gnatio z corruptio absoluta nalis est mutatio q accidit rebus cöpositis malibus fm pportionem mensurarum z mixtionis harum virtutum ad se inuicem in subiecto compositi.

2 ¶Et hoc est manifestum in oibus rebus cöpositis vinctibus q.f. generatio inuenta est in illis: qn due virtutes actiue in compositis vincunt virtutes duas passiuas in illo: mouentes illas z reducentes illas ad complementum. Et corruptio accidit quando phibet virtutes passiue formas actiuas ne moueant ad cöplementum z illud per cötrarietatem que est inter illas. generatio vtr est qn non est cötrarietas inter actiuas z passiuas: z corruptio est quando est cötrarietas inuenta z vincunt virtutes passiue: z hoc apparet p inductionem in oibus cöpositis artificialibus z naturalibus: z dixit.

¶Simplici autem generationi cötrarium maxime coe putrefactio. Omnis enim fm naturam corruptio in hac via est puta z senectus z anasis: finis aut horum oium aliorum putredo: nisi aliquid violentia corrumpatur natura cöstatium. Est enim z carnem z os z qdcunq cöburere: quorum finis fm naturam corruptionis putrefactio est.

¶Et pter victoriam virtutum passiuarum super actiuas euenit putrefactio que est causa corruptionis z dissolutionis partium cöpositi: z ideo putrefactio absoluta est contraria generationi absolute: z per illam est corruptio naturalis: sicut putrefactio in sene multum z est vetustas magna.

3 ¶Et victoria siccitatis interficientis quousq fiat illud qd euenit in rebus s. corruptio in illis z putrefactio est illud qd euenit cineribus: z generata naturalia non destruuntur nisi per mutationem q vincit super actiuas in istis generatis: z pter hoc euenit eis actio putrefactionis et dissoluitur

partes eorum sicut accidit carni ⁊ ossi ⁊ aliis que destruuntur modo natu-
rali: nõ per violentiã: nec extra: sicut ea que cõburuntur: q2 illa nõ corrum
puntur: aut submerguntur per putrefactionem.

¶ Propter qđ humida primo: deinde sicca: tãdẽ putrefacta fiũt.

¶ Et gñata que sunt corpora corrũpuntur aut pp victoriã humi
ditatis in illis in principio: ⁊ post siccitatis in fine.

¶ Et illud est q2 putrefactio primo fit pp victoriam humoris super illas et
post desinit in fine propter victoriã siccitatis in illis. 4

¶ Ex his em̃ facta erant ⁊ terminatum fuit humido siccum ope-
rãtibus factiuis: fit autem corruptio cum id quod terminatur ob
tineat terminans propter circundans. Quinimmo singulr̃ dicit
putrefactio in his q̃ ẜm partẽ corrumpuntur cũ separant a natu-
ra. ppter qđ ⁊ putrescũt oĩa alia excepto igne. Etenim terra ⁊ aq̃
⁊ aer putrescunt. omnia enim hec sunt materia igni.

Omnia elementa putrescũt excepto igne.

¶ Et qñ sunt ambo. s. siccum ⁊ humidum in mensura cõmuni ⁊
in modo quo vincunt virtutes operatiue super illa: ⁊ miscent il-
la quousq; habeat substãtiã ⁊ statũ proprium in composito: tunc
fit illud generatũ. Et illa est intentio eius qđ dicitur q generatio
est quando vincit terminans terminatũ: ⁊ corruptio est quando
vincit terminatum terminans. Et elementum est causa genera-
tionis prima antecedens operans ⁊ separans in rebus composi
tis est ignis: ⁊ illud est: quia aer ⁊ aqua ⁊ terra destruuntur per
ignem: ⁊ elementa omnia sunt subiecta igni: ⁊ ignis est operans
in illa ⁊ vincens illa.

¶ Et postq̃ res est sic debet esse modus ignis ad alia elementa in genera 5
tione compositorum: ⁊ modus suus cum illis est in gradu forme in compo
sitis: sicut ipse est forma illorum. ⁊ postq̃ res est sic: tunc omne mixtum ha-
bet calorem proprium in se ẜm suã naturã qui est calor ei ẜm similitudinez
forme: volo dicere q calor concludit materiam ⁊ terminat ipsam.

¶ Putrefactio aũt est corruptio q̃dã in vnoquoq; humido pro-
prie ẜm nãm caliditatis ab aliena caliditate. hic aũt est q̃ ambiẽ-
tis: ⁊ q̃re qm̃ ẜm indigẽtiã patit calidi: indigẽs aũt tali virtute fri
gidũ exñs oẽ: ambe vtiq; cause erunt ⁊ putrefactio cõis passio
frigiditatisq; ppue ⁊ caliditatis aliene: propter qđ sicciora fiunt
putrefacta oĩa: ⁊ tandẽ terra ⁊ fimus. Exeũte em̃ proprio calido
euaporat qđ ẜm nãm humidũ: ⁊ trahens humiditatẽ non est: ad
ducit enim trahens propria caliditas.

Diffõ putrefactõis 3

¶ Putrefactio autẽ est corruptio caloris nãlis q̇ est in generato:
qñ humefit res cuz humiditate accidẽtali/ ⁊ corruptio eius pp ca
lorẽ extraneũ existẽtẽ a nã: ⁊ est calor qui est in aere circunstãti:
⁊ qñ priuatur gñatum calore suo nãli/ mutat ⁊ corrumpit ⁊ con-
uertitur in frigidum tunc: ⁊ fit priuatio caloris nãlis ⁊ victoria fri
goris: ⁊ post ipm supersunt due cause corruptionis.

¶ Dixit: ⁊ qñ putrescũt res per calorẽ extraneum ⁊ humorem extraneum
desiccantur partes rei et arescunt ⁊ cõuertuntur in terrã et harenam. ¶ Et 6

cā eius est:qꝛ calor naturalis quando mortificat̄ ⁊ dissoluitur a generato: dissoluit secū cū dissolutione sua humiditatem naturalez que conuertitur in vaporem:⁊ tunc dissipatur generatum illud. ¶ Quoniam calor naturalis est comprehendēs ⁊ retinens humiditatem naturalem ⁊ concludens ipsam:⁊ quando calor naturalis recedit a generato non est retentor humiditatis naturalis qui est comprehendens ipsam:⁊ tunc dissoluitur ⁊ arescit generatum:⁊ post desiccatur ⁊ dissipatur:dixit.

¶ Et in frigoribus autem minus putrescunt q̄ꝫ in estu.

¶ Et principium cause putrefactionis est frigus modicum quod accidit generato.

7 ¶ Et stringit calorem extraneū nō naturalem in generato:⁊ operatur calor extraneus in illo generato ⁊ putrefacit ip̄m:⁊ si nō esset constrictio illi⁹ frigoris in calorem extraneum generati ⁊ prohibitio eius a dissolutione: calor ille extraneus dissolueretur a re in qua esset:⁊ separaretur a re anteqūꝫ putresceret:dixit.

¶ In hyeme quidem enim paucum in ambiente aere:⁊ aqua calidum:quare nihil potest.

¶ Et non habet calor extraneus in hyeme putrefacere res tm̄ quātum in estate. Et causa huius est:qꝛ frigus in tēpore hyemis habet posse magnum super aquam ⁊ aerem.

8 ¶ Et illud qđ est in rebus est per calorem aeris.s.per calorem extraneum res paruaꝫ non hꝫ posse putrefacere res:⁊ propter hoc illud qđ corrūpitur in hyeme per viam putrefactionis:festinat in re illa corruptio que est per congelationem ⁊ desiccationem:propter victoriam frigoris super illā rem quando destruitur calor naturalis per calorem extraneum:et propter illud infirmitates hyemales sunt huiusmodi.

xv ¶ In estate autem amplius.

¶ Sed in estate est putrefactio magis q̄ꝫ in hyeme.

9 ¶ Et illud est:qꝛ multum est de calore extraneo in illo tempore:⁊ hoc est ꝓpter calorē aeris circūstātis res:⁊ ꝓpter hoc nō festinat in generatis corruptio que est ꝓpter victoriam congelationis ⁊ desiccationis:que eueniunt post putrefactionem paruā:sicut festinat in eis in hyeme:sꝫ festinat in eis putrefactio q̄ est per dissolutionem ⁊ putrefactionem ⁊ combustionem:⁊ vniuersaliter illa putrefactio que est per humiditatez extraneam:non illa que est propter siccitatem extraneam.

congelata / ¶ Et neqꝫ qđ coagulatū. Magis em̄ frigidū q̄ꝫ aer calidus. Nō igitur obtinetur:mouens aūt obtinet/nec feruens quā calidum.

¶ Et frigiditas aque est maior q̄ꝫ calor aeris ⁊ intensior:⁊ ideo

Cōcretuꝫ admiscetur aer cum aqua/⁊ temperatur/⁊ admiscetur cum ea: et si essent equales ⁊ equipotentes ⁊ parificarentur non admiscerentur nec temperarentur:⁊ operans ⁊ mouens res est quod cōprehendit:⁊ circundat res ⁊ coniungit.

10 ¶ Et vult dicere ſm ꝙ mihi videt̄ ꝙ causa in tēperando ⁊ admiscendo contraria est quia potentie sunt inequales:⁊ illud est in quolibet quatuor elementorum:⁊ si illud non esset non temperarentur ⁊ admiscerentur per motorem:qꝛ si potentie essent equales non operaretur vna in aliam sibi cōparem:⁊ si sic esset:non esset hoc posse aliquod virtutū actiuarum:⁊ non tunc esset effectus. ¶ Et ideo necessarium est si sit commixtio ꝙ sit vnum duoruꝫ

¶ Et diximus q̄ congelatio est desiccationis species quedam:⁊ congelans per frigidū est in eo vincens aqua:et dicamus q̄ ter ra vincit in humidis quibusdā que inspissantur.s.per calorem:⁊ non conuertitur in summum in vaporem: et in quibusdā vincit aer vt oleum:⁊ in istis in quibus vincit terra inspissantur:et nun q̄ fuit vapor: vt mel et sibi simile:sunt vero lac et sanguis magis hec multū terre ⁊ sal:similiter et lapides quidē qui neq̄ liquescūt neq̄ desiccant per calorē:sed res in quibus vincit aqueitas non inspissantur per calorē:sicut serum:quia illud positū super ignē cōuertitur in vaporē anteq̄ inspisset:sʒ terrestreitas lactis cōge latur:⁊ ipsum constringit et congelat et fugat: sicut terra:sed lac qd̄ caret coagulo vincit in eo aqueitas et nō cōgelatur: sicut lac camelorū:in quo vincit aqua et frigus:et non est in eo terra: sed sanguis cito cōgelatur ꝑ multū terre in eo:et quia inspissatꝰ est per digestionē multam. Et signum huius est morbidus sanguis qui non potest coagulari et congelari:quia non est digestum ne q̄ superatum a natura:⁊ cum vincit in eo terra et aqua.

¶ Tunc diuersitas rerum in congelatiōe ⁊ solutione est sicut in predictis propter diuersitatē causarū pertinentiū ad illa:aut propter materiaʒ:aut propter seipsas:aut propter actiones:aut propter extrinsecū quod euenit. 41

¶ Quare si a duabus accidit coagulari hic insolubilia maxime. 3 Sunt autem talia quecunq̄ calefacta deinde frigido coagulātur. accidit enim cum calidū exsudauerit egrediens plm̄ humidum: compimi iterum a frigido vt non humido det penetrationem:⁊

pp hoc nec calidū soluit. Quecūq3 em̄ a frigido coagulantur sol
hec soluit:neq3 ab aqua quecūq3 em̄ a frigido coagulanť non sol
Ferrum. uit. sed quecūq3 a calido sicco soluit. Ferrum autē liquefactum a
L calido frigefactum coagulatur. Ligna autē sunt terre z aeris pp
Ligna oia super natant in aqua pter hebenum qđ vstibilia z non liquabilia:neq3 mollificabilia:z in aqua super
natant pīeter hebenū:hoc autē non:alia quidē aeris habēt plus
z hebeno autem nigra euapoıauit aer z est plus in ipsa terre. La
ter autē terre solum:propterea q̄ desiccatus coagulatur ſm mo⸗
dicum:non enim aqua introitus habet p que solus spūs exiuit
neq3 ignis:coagulauit em̄ ipse. ¶ Quid quidē igitur est coagu⸗
latio:z liquefactio:z pp quot:z in quibus est:dictum est.

¶ Capitulum octauum.

B Ex his aūt manifestū q̄ calido z frigido constāt corpora
z hoc aūt ingrossantia z coagulātia faciūt opationē ip⸗
sorum:ppca q̄ q̄ ab his cōdita sunt in oībus inest calidi
tas:aliquib⁹ autē z frigiditas qua deficit. Quare qm̄ h
Similaria. quidē existūt pp facere:humidū aūt z siccū pp pati pticipāt ipis
cōia oībus. Ex aqua q̄dē igiť z terra omiomera corpa cōstant. et
Metallica. in plātis z in aīalib⁹:z q̄cūq3 metallanť velut aurū z argentū. z q̄
cūq3 alia talia ex ipsis z ex exhalatione ea que vtriusq3 inclusa si⸗
cut dictū est in alijs. Hec aūt differūt abinuicē ex his que ad sen⸗
sus proprios oīa:z in posse aliq̄d facere. albū em̄ z bene odorās:
z sonatiuū z dulce calidū z frigidū in posse aliquid facere sensu3
sunt z in alijs magis cōuenientib⁹ passionib⁹ quecūq3 in patien⸗
do differūt:dico aūt:puta liquabile z coagulabile z flexibile:et q̄
cūq3 alia talia:oīa em̄ talia passiua sunt sicut humidū z siccū. his
aūt iam differt os z caro z neruus z lignū z cortex z lapis z alio
B rum vnūquodq3 omiomeroɍū quidē:naturaliū autem corpoɍu3.
Dicam⁹ aūt primo numerū ipsoɍū q̄cūq3 ſ3 potētiā z ī potētiā dif
ferunt. Sūt autē hec:coagulabile z incoagulabile:liquabile z illiq̄
bile:z mollificabile:non mollificabile:intīgibile non intingibile
flexibile z inflexibile:frangibile z non frangibile: productibile et
non productibile:cōminuibile z in cōminuibile. Impressibile nō
impressibile:formabile informabile:capibile non capibile:trahibi
le non trahibile:scissibile non scissibile:detrūcabile non detrūcabi
le:viscosum frāgile:commassabile nō commassabile:vstibile non
vstibile:exhalabile nō exhalabile. Plurima quidē igitur fere cor⸗
porum his differūt passionib⁹. Quā autē vnūquodq3 horum po
tentiā habeat dicamus. De coagulabili quidē igitur z incoaguta
bili z liquabili z illiquabili dictū est quidē vniuersaliter prius. at
C tamen redeamus z nunc. Corpoɍ em̄ quecūq3 coagulanť z indu
Cōcretio rātur:hec quidē a calido patiūtur: hec autem a frigido. a calido
quidē desiccāte humidū. a frigido autē exprimēte calidū. quare

hic quidē humidi absentia hic autē calidi: hoc patiūtur. quecūqꝫ quidē aque calidi. quecunqꝫ quidem terre humidi.

¶ Sed generata naturaliter pp frigidū ⁊ siccū: ⁊ cōgelata soluūtur p calorē ⁊ humorē sicut ferrū qđ dissoluit̄ sed nō liquefcit. Si generata que cōdensant̄ calido ⁊ sicco dissolu̅tur frigido ⁊ humido vt sal qđ dissoluit̄ aqua. Similiter lignū cōburitur igne: et nō liquefit neqꝫ dissoluit̄ quia vincit in eo aer ⁊ terra. Et signum huius est quia natat sup aquā preter hebenū ⁊ sibi simile: quia illa submergit̄: quia magis in ea vincit terra qꝫ aer: ⁊ signū huius est nigredo coloris sui. Et iam distinximus ⁊ explicauimus quid sit coagulatio quid dissolutio: ⁊ in quib⁹ fit. ⁊ ꝙ aliquod corpus vincēs super ipsuꝫ est frigus: ⁊ in aliquo est calor: qđ vincit: ⁊ ambo similiter faciunt coagulari ⁊ faciunt aliqua generata humida et sicca. Et postqꝫ explanatū est etiā tūc ꝙ humiditas ⁊ siccitas passiua sunt similis caloris ⁊ frigoris: tunc dicamus ꝙ cōpositio partium similium ⁊ virtutes eorum sunt ex terra ⁊ aqua. ⁊ iste due res sunt in plantis ⁊ animalibus ⁊ mineris vt in auro ⁊ argento ⁊ quecunqꝫ sunt alia huiusmodi. Et generatio istorū est ex aqua ⁊ terra ⁊ ex vapore vtriusqꝫ: ⁊ consecutio istorum generatorū cuꝫ quinqꝫ sensibus est diuersa in apprehensione. Et est sicut in candido ⁊ nigro ⁊ odore bono ⁊ malo et voce acuta et grossa et dulci et amaro et gelido et calido et aspero et molli: et medijs istorū diuersis in sensu et in aliquo proportionantur passioni non operationi sicut humidū ⁊ siccum et dissolutū et currens et similia: ⁊ cuꝫ istis modis diuersantur similia in partibus sicut os caro neruí lapides: ⁊ diuersitas aliarum rerum est per modum operationis vt est in organicis: et vocat alias res mēbra organica. et vniuersaliter oēs res differūt: aut ꝫm passionē: aut per operationeꝫ.

¶ Et passiuum est rectum: curuum: liquabile: coagulatum: ⁊ cedens pulsui 42
⁊ resistens: ⁊ similia istarum rerum propter quas euenit diuersitas in generatis. Et postqꝫ rememorauimus in principio sermonis nostri aggregationem virtutum ⁊ proportionum generatorum ad istas res: ⁊ rememorauimus inter passiua congelatum ⁊ non congelatum ⁊ solutum ⁊ non solutū: rememorabimus modo virtutem cuiuslibet illorum. ¶ Et dicamus ꝙ aliqua corpora fugia dura euenit durities: aut ariditas: aut propter frigus: aut propter siccitatem: ⁊ arefactio per siccitatem est quia humor desiccat̄ per victoriam siccitatis contra humiditatem. Sed arefactio per frigus est per hanc causam: quia frigus quādo vincit caliditatem fugit calor in profundū pp victoriā frigidi: ⁊ vincit ⁊ remanet exterius frigidum ⁊ cōstringit ⁊ coagulat ⁊ inspissat. ¶ Sed dixit Arist. ꝙ iam manifestum est ꝙ aliqua corpora arescunt per priuationem caliditatis: ⁊ aliqua per priuationem humiditatis ⁊ potest dubitari super hoc ex predictis: quia per frigus congelata per frigus congelantur: aut cōgelantur per virtutem caloris interioris ibi conualescentis: quia quando deficit humor in vtraqꝫ istarum duarum causarum: vel ambe simul sunt causa predicta in causa frigoris facientis congelationem. sed ⁊ hec dicitur causa tertia ⁊ est priuatio caloris ipsi⁹

⁊ coniunctionis partiũ postea frigus permanens in recessu caloris vel per priuationẽ caloris vel profundationẽ eius: vel per vtrãq viam: ⁊ videtur ꝙ si hec causa que dicit̃ hic est causa frigoris hic congelationis substantialiter .i. causa congelationis substantialiter: predicta causa fuit accidentalis: ⁊ aliquãdo coniungantur simul oẽs cause: tunc corpora que congelantur per priuationem humoris sunt composita in quibus vincit terra.

¶ Que quidem igitur humidi absentia ab humido liquefiũt nisi sic conuenerint vt minores relicti sint pori q̃ aque molles: velut later. Quecunq autem non sic humido hoc soluuntur: velut nitrum sales terra que ex luto. Que autem calidi priuatione a calido soluuntur: velut glacies: plumbum: es. Qualia quidem igit̃ coagulabilia: vel liquabilia: ⁊ qualia illiquabilia dictum est. Inconcre D coagulabilia autem quecunq: aut non habent humiditatẽ aquosam: aut non aque sunt: sed plus calidi ⁊ terre: puta mel ⁊ mustũ: velut feruentia enim sunt ⁊ quecunq aque quidem habẽt. Sũt autem plus aeris sicut oleum ⁊ argentum viuum: ⁊ siquid viscosum: velut glutem.

Inconcretilia. Mel.

¶ Capitulum nonum.



Mollificabilia autem sunt coagulatorum quecunq nõ ex aqua velut glacies aque: sed quecunq terre magis: ⁊ neq euaporauit totum humidum sicut in nitro aut sale: neq habet irregulariter sicut later sed aut trahibilia non entia humectabilia: aut ductibilia non entia aque: ⁊ mollificabilia igne velut ferrum ⁊ cornu ⁊ ligna: sunt autem liquabilia ⁊ illiquabilia: hec quidem intingibilia: hec autem non intingibilia velut es intingibile liquefactibile existens. lana autẽ et terra intingibile: madefiunt enim. Et es quidem liquabile non. ab E aqua autem liquabile: sed ab aqua liquabilium quedam non intingibilia velut nitrum ⁊ sales: neq enim aliud intingibile nullum quod non mollius fit madefactum. Quedam autem intingibilia existentia non liquabilia sunt velut lana ⁊ fructus. Sunt autem intingibilia quidem quecunq terre existentia habent poros maiores aque mollibus existentibus durioribꝰ aqua. Liquabilia autem aque: quecunq per totũ: propter quod autem terra: liquefit quidem ⁊ intingitur ab humido: nitrum autẽ liquefit quidem intingitur autem non: quia in nitro quidem per totum pori quare diuiduntur mox ab aqua partes: in terra autem permutati sunt pori: quare qualitercunq vtiq susceperit differt passio. ¶ Et ista eadem que desiccantur cum priuatione humoris liquescunt per humorem: nisi tunc vinceret super eam ipsa condensatio partium in modo ꝙ si haberent tantam duritiem ꝙ non posset aqua intrare. Sed illud in quo nõ est tanta condensatio liquescit: vt sal ⁊ similia: sed corpora que congelantur per priuationem caloris: dissoluuntur per calorem: sicut ferrum metallum ⁊ similia. Et iam

Humectabilia.

manifestum est ex hoc sermone que res dissoluuntur: ⁊ que non: ⁊ que congelantur ⁊ arescunt: ⁊ que non congelantur ⁊ non arescũt. Et dicamus ꝙ res que non congelantur sunt res in quibus vincit aqua: ⁊ non sunt sine terra sicut mel ⁊ mustum: ⁊ omnia que bulliunt ⁊ inspissantur ⁊ nõ congelantur: ⁊ sic res in quibus vincit aer sicut oleum: ⁊ argentum viuum: ⁊ similia non congelãtur similiter. Sed res que indurantur ⁊ congelantur sunt illa in quibus vincit terra sicut sal ⁊ nitrum ⁊ similia. Et liquabilia sicut predictũ est: quedam liquescũt per ignem: ⁊ quedã per aquã. ⁊ res que liquescunt quedam sunt mollificabilia: ⁊ quedam non. ⁊ illa que liquescunt ⁊ nõ mollescunt sunt sicut sal: ⁊ illa que mollescunt ⁊ non liquescunt sunt sicut lutum ⁊ lana.

¶ Et iam conuenit vt dicamus causam istorum quare lutum mollificatur ⁊ non liquescit: ⁊ lana mollescit ⁊ non liquescit: ⁊ dicamus ꝙ res que mollificantur ⁊ inspissantur: sicut corpora latorum pororum ⁊ viarum: ⁊ hoc est quia aqua cum admiscetur cum istis profundatur in eis secundum totam substantiam: ⁊ partes ⁊ per poros: ⁊ mollificãtur ⁊ inspissantur partes eius. Sed sal licet dissoluatur per aquam sui pori sunt stricti ⁊ calcati ⁊ sue vie: ⁊ non potest aqua penetrare partes suas: ⁊ ideo liquescit anteꝗ̃ possit mollificari. ¶ Et vult dicere sm̃ ꝙ mihi videtur propter debilitatẽ caloris ⁊ victoriam aque super ipsum: quoniam lutum non liquescit propter terrestreitatem ⁊ potẽtiam super ipsum: ⁊ mollescit propter apparitionem pororum: ⁊ lutum vocat argillam vel bolum ⁊ non liquescit propter terrestreitatem: ⁊ sal econtra scilicet quia non mollescit: ⁊ hoc propter clausurã pororum: ⁊ liquescit propter victoriam aqueitatis super ipsum. 43

C

¶ Sunt autem hec quidem corporum flexibilia ⁊ dirigibilia velut calamus ⁊ vimẽ. hec autem inflexibilia corporum velut later ⁊ lapis. Sunt autem ⁊ inflexibilia ⁊ indirigibilia quorumcunq; corporum non potest longitudo in rectitudinem ⁊ peripheria et ex rectitudine in peripheriam permutari. Et flecti ⁊ dirigi est in rectitudinem aut in peripheriam transmutari aut moueri. etenim quod reflectitur ⁊ quod deflectitur curuatur. Qui quidem igitur ad conuexitatem aut concauitatem motus longitudine saluata flexio est. si enim ⁊ in rectum vtriq; esset simul flexum ⁊ rectum qꝺ quidem impossibile rectum flexum esse: et si flectitur omne aut reflectetur aut deflectetur. Horum autem hoc quidem ad conuexũ hoc autem ad concauum transmutatio non vtriq; erit: ⁊ que ad rectum laxatio: sed est flexio: ⁊ rectificatio aliud ⁊ aliud: ⁊ hec sunt flexibilia et rectificabilia: et inflexibilia et non rectificabilia. Et hec quidem frangibilia: et comminuibilia simul et sigillatim. puta lignum quidem frangibile: comminuibile autem non glacies autem et lapis comminuibile: frangibile autem non. later autem: et frangibilis et comminuibilis. Differt autem: quia fractio quidem est in magnas partes diuisio et separatio. comminutio autem in quascunq; ⁊ plures duabus. Quecunq; quidem

Flexibilia.

B

Fractilia

Fraibilia.

Frangibilia. sic coagulata sunt et multos habeant vicissitudinates poros et comminutibilia vsqꝫ ad hoc enim pertingit. quecunqꝫ autem ad multum frangibilia. quecunqꝫ autem ambo: ambo.

h ¶ Et alique res plicantur ꝛ duplicātur sicut lignum ꝛ canna viridis: ꝛ aliqua illarum non plicant: neqꝫ duplicant sicut lapides.

¶ Et causa propter quam plicantur res est humiditas viscosa que est in illis: sed res viscose in quibus vincit terrestritas super aqueitatem illa non 44 duplicantur neqꝫ plicantur sed finduntur ꝛ sunt scissibilia si plicantur aut duplicantur: ꝛ plicari est approximari extremitates vel ad ante vel ad post et corporum quedam franguntur: ꝛ quedam comminuuntur. Sed frangi est diuidi in partes magnas: ꝛ comminui est diuidi in partes subtiles. Et corpus cuius natura est mollities ꝛ vacuitas comminuitur vt cera: ꝛ suum simile. Sed illud quod non est molle nec vacuum frangitur: vt lapis durus. sed illud quod est temperatum ex ambobus ex mollitie ꝛ duritie: ꝛ est in parte vna modo molle vacuum: ꝛ in alia dispositione ꝛ in alia parte contrario modo: comminuitur: ꝛ frangitur: sicut gelu ꝛ nix. aliqua sunt que non franguntur: vt ignis ꝛ aer.

¶ Et hec quidem impressibilia: velut es ꝛ cera. hec autem non 3 impressibilia: velut later ꝛ aqua. Est autem impressio superficiei Impressibilia. secundum partem in profundum cessio pulsione aut percussione totaliter: aut tactu. Sunt autem que talia ꝛ mollificabilia velut cera manente alia superficie secundum partem transmutatur: et dura velut es ꝛ non impressibilia: ꝛ dura velut later. non enim cedit in profundum superficies: ꝛ humida velut aqua cedit quidē: sed non secundum partem: sed econtra transmutatur. Impressibilium autem quecunqꝫ manent impressionem passa ꝛ bene impressibilia manu hec quidem formalia. Hec autem non bene im 2 pressibilia velut lapis ꝛ lignum: aut bene impressibilia quidem Formalia. nō manet autem impressio: velut lane aut spongie non formabilia: sed capibilia hec sunt.

¶ Sed lintescere est mutari aliquid in profundum vt impulsi secundum empipedum: ꝛ lintescere est mollificari: ꝛ hoc quia partes rerum mollium lentarum sunt tales ꝙ secūdum illas res potest cedere in profundum: ꝛ sunt alique res dure non molles vt lapis durus: quia non est aptus comprimi: ꝛ mollium quedam in dispositione retinent signum: ꝛ talia recipiunt formationem sicut cere apum masculorum que sunt signum in depressione: ꝛ potest reuerti ad pristinam figuram: et tale in apprehensione est cedens ꝛ recipiens multas formas. Et molle quod in depressione non tenet figuram est sicut sericum crudum ꝛ coctum.

45 ¶ Quia nullum istorum recipit formam nec conuertitur ad aliquam: sed si fuerit in via recipiendi aliam formam erit per viam depressionis.

20 ¶ Sunt autem capibilia quecunqꝫ: pulsa in seipsa conuenire Pressatilia. possunt in profundum: superficie secus mutata non diuisa: et translata alibi alia parte velut aqua facit: hec enim econtra transfert.

tra transfertur. Est autem pulsio motus a mouente qui fit tactu. Pulsio quid.
Percussio autem cum allatione: capiuntur autem quecunq; po- Percussio
ros habēt vacuos conati corporis. et capibilia hec quecunq; pos- quid.
sunt in ppria vacua cōuenire: aut in proprios poros velut made
facta spongia: pleni enim ipsius pori: sed quorūcunq; pori pleni
fuerint mollioribus q̄ ipsum quod natū est conuenire in seipsuȝ.
Capibilia quidem igitur sunt velut spongia cera caro: non capi- Que capi
bilia autem que non nata cōuenire pulsione in eos qui in ipso po- bilia sint.
ros aut quia nō hñt: aut quia durioribus hñt plenos. Ferrum eīm
non capibile et lapis et aqua et omne humidum.

Et deprimi est cōstringi corpus in semetipsum et q partes tan
gunt se: et res que deprimitur: deprimitur duabus de causis: aut
propter hoc q non sunt sue partes impossibiles: et proxime: quia
non elongantur nimis: et quando approximantur per actus ob-
uenientes dicit tunc q cōdensantur in depressione ad minus. aut
per aliam causam. s. q res sit sicut vas plenum. et constringuntur
partes eius in illa amplitudine.

Sed res que sunt in illa vacuitate: qr vacuitas fuit in illo vase intra quā 46
intrabant partes in cōstrictione: et dicitur de tali q sit comprehensibile qm̄
deprimitur exhalante aere et vacuitate eius.

Trahibilia autem sunt quorumcunq; potest ad latus transfer- N
ri superficies: trahi enim est transferri ad mouens planum conti-
nuum existens. Sunt autem hec quidem trahibilia velut pilus
corrigia neruus et gluten et pasta. hec autem non trahibilia: ve- Trahibi
lut aqua et lapis. Hec quidem igitur eadem sunt trahibilia: et ca- lia.
pibilia velut lana: hec autē non eadē sicut phlegma capibile qui
dem non est: trahibile autem. et spongia capibilis quidem non tra
hibilis autem. Et hec quidem sunt ductilia velut es: hec autem
non ductilia. velut lapis et lignum. Sunt autem ductilia quidem
quecunq; eadem percussione possunt simul in latus et profunduȝ
vel superficiem transferri secundum partem: non ductilia autem O
quecunq; non possunt Sunt autem que quidem ductilia omnia Ductilia.
et impressibilia: impressibilia autem non omnia ductilia: velut li-
gnum: vt tamen ad omne est dicere conuertūtur. Capibilium au
tem hec quidem ductilia: hec autem non: cera quidem et lutuȝ du
ctilia: lana autem non: neq; aqua. Sunt autem et hec quidem scis- P
silia velut lignum: hec autem non scissilia velut later. Est autem Fissilia.
scissibile quod potest diuidi ad plus q̄ diuidens diuidit. Scindi
tur enim cum ad plus diuidatur quam diuidens diuidit et prece-
dit diuisio, In detruncatione autem non est hoc: non scissilia au-
tem quecunq; non possunt pati hoc. Est autem neq; molle nullū
scissile: dico autem simpliciter mollium et non ad inuicem: sic qui
dem enim et ferrum erit molle: neq; dura omnia: sed quecunq;

neq3 humida sunt:neq3 impressibilia:neq3 comminuibilia: talia
autem sunt quecunq3 ꝑm longitudinem habent poros:secundu3
Q quos adnascuntur inuicē: sed non ꝑm latitudinē. Detrūcabilia
Sectilia. autem sunt constantium duorum aut molliū quecūq3 ꝑsit. neq3
ex necessitate precedere diuisionem neq3 comminut diuisa: que-
cunq3 autem non humida fuerint talia detrūcabilia quedā q̄dē
sunt eadem:et detrūcabilia ꝛ scissilia velut lignum:sed ad mul-
tum scissile quidem secundum longitudinem:detrūcabile aūt ꝑ3
R latitudinem. Quoniam enim diuiditur vnumquodq3 in multa:
Tenacia. quia quidem longitudines multe ꝙ vnum scissile hac:que autē
latitudines multe quod vnum detruncabile hac. Uiscosum au-
tem est quando trahibile aut humidum existens molle fuerit :ta.
le autem fit concatenatione quacunq3 velut catene componunt
corporum:hec enim ad multum possunt extendi ꝛ conuenire:que
S cunq3 autem non talia frangibilia: Commassabilia autem que
Dēsatilia cunq3 capibilium mensuram habent capturam. Incommassabi
lia autem quecunq3 aut totaliter non capibilia:aut nō mansiuā
habent capturam.

¶ Sed extensibile est res cuius partes sunt conuenientes aduer
tendum ad omnes partes:sicut pannus in omnem partem secun
dum voluntatem fullonis:ꝛ res extensibilis aliqua extenditur
et constringitur sicut lana : spongia : et bombix:et species serici
non culti:et aliquid extenditur et non comprehenditur in cōpre
hensione sicut viscus et aqua cocta ꝛ phlegma viscosum ꝛ aqua
comprimuntur et extenduntur in longum latum ꝛ profundum si
cut ferrum ꝛ simile.et alia non patiuntur aliquo istorum modo
rum:sicut lapis durus. Et extendi est extendi per partes in latū
longum ꝛ profundum secundum percuti.et partes ad que exten
duntur plus corpora sunt ample ꝛ profunde:sed in longum ex-
tenduntur corpora. Et omnia que non sunt huiusmodi non ex-
tenduntur:et quedam scissibilia sunt:ꝛ q̄dā nō.ꝛ quod scindit est
siccum:ꝛ scindi est diuidi partem a parte.

¶ Et quando res diuiditur secundum longum dicitur findi:ꝛ quando in
47 latum est scindi ꝛ scindi est in corpore lento:ꝛ fissio in corpore sicco:ꝛ ali-
quando fit fissio:ꝛ scissio simul in aliquibus corporibus sicut in ligno viri
di:et quod habet cum humore siccitatem ꝛ non est humor ꝛ siccitas in eo
simul subiecta in parte vna:aut in his partibus quia vnum non est con-
trarium sibi. Quando etiam deprimes partes corporis ꝛ partem parti se-
quitur durities et post remanebit durum permanens de tali re dicitur ꝙ
sit filtratum.

T ¶ Et hecquidem vstibilia sunt:hec autē inustibilia velut lignū
Cōbusti- quidem vstibile:ꝛ lana:et os:lapis autem et glacies inustibile.
lia. Sunt autem vstibilia quecunq3 habent poros susceptiōis ignis
et humiditatem in his qui secundum directum poris debiliorem
igne. Quecunq3 autem non habent aut fortiorem velut glacies

etque valde viridia inustibilia. Exhalabilia autem sunt corporū quecunqȝ humiditatem habent quidem: sic autem habent ⁊ non euaporant ab ignitis seorsum. Est enim vapor que a calido vstiuo in aerem ⁊ spiritum segregatio ex humido madefactiuo. Exhalabilia autem tempore in aerem segregantur: et hec quidem disparentia sicca: hec autem terra fiunt. Differt autem hec segregatio quia neqȝ madefacit neqȝ spiritus fit. Est autem spiritus fluxus continuus aeris ad longitudinem. Exhalatio autē est q̄ a calido vstiuo communis segregatio sicci et humidi aeris propter quod quidem non madefacit sed colorat magis. Est autem que quidem lignei corporis exhalatio fumus. dico enim et ossa ⁊ pilos ⁊ omne quod tale in eodem: non enim iacet nomē commune sed secundum analogiam tamen in eodem omnia sunt: sicut ⁊ Empedocles ait: hec pili ⁊ folia ⁊ auiū plume spisse ⁊ squame fiunt super solida membra. que autem pinguis exhalatio lignis que autem vnctuosi kinsa propter quod oleū non patitur ephesim: neqȝ ingrossatur quia exhalabile est sed non vaporabile: aqua autem non est exhalabilis sed vaporabilis. Uinum autem quod quidem dulce exhalat: pingue enim. etenim eadem facit oleo: neqȝ enim a frigore coagulatur: vrituręȝ. est autem vinum nomine: opere autem non est: non enim vinosus humor propter quod non inebriat. Quodcunqȝ autem vinum paruā habet exhalationem: propter quod emittit flammam. Ustibilia autem videntur esse quecunqȝ in cinerem dissoluuntur corporum: patiuntur autē hec omnia quecunqȝ coagulata sunt: aut a calido: aut ab ambobus frigido ⁊ calido. hec enim videntur obtēra ab igne minime autem lapidum sigillum vocatus carbunculus. Ustibilium hec quidem inflammabilia sunt: hec autem non inflāmabilia: horum autem quedam carbonabilia. Sunt autem inflammabilia quecunqȝ nō humida entia exhalabilia sunt. Et pix aūt aut oleū: aut cera: magis cum aliis q̄ p se sunt inflāmabilia: maxime aūt quecūqȝ fumū emittunt. Carbonabilia autē quecunqȝ tallum terre plus habent q̄ fumi. Adhuc aūt quedā liquabilia entia nō inflāmabilia sunt velut es: ⁊ inflāmabilia nō liquabilia velut lignum: hec aūt ambo velut thus. Causa aūt q: ligna q̄dē p totū habēt humidū ⁊ p totū cōtinuū est vt perurat: es aūt secꝰ vnāquāqȝ quidem ptē nō cōtinuū aūt: ⁊ minus q̄ vt flamma faciat. Thus autem hac quidem sic. hac autem illo mō habet. Inflammabilia autem sunt exhalabilium: quecunqȝ non liquabilia sunt propter magis esse terre. Siccū enim hȝ cōe igni: hoc igni calidum si fiat siccū igni fit propter hoc flāma spūs aut fumus ardens est. Lignorum quidem igitur exhalatio fumꝰ. cere autē ⁊ thuris ⁊ talium ⁊ picis: ⁊ quecunqȝ habēt picem: aut talia lignis. Olei autem et quecunqȝ oleaginica kinsa: et quecunqȝ minime

Exhalabilia.
Empedocles.
Oleum.
Uinum.
Flāmatilia
Carbonatilia.

ardent sola quia paucum sicci hn̄t: transitio autem ꝑ hoc cū alte
ro autem citissime: hoc.n. est qđ pingue siccū vnctuosum. Exha-
lantia quidem igitur humidorum humidi magis vt oleum ꝛ pix:
ardentia autem sicci. Cap. Decimum.

His aūt passionib⁹ ꝛ his dr̄ffis omiomera corporū sicut
dictū est dr̄nt abiuicē ſm tactū ꝛ adhuc saporib⁹ ꝛ odo
rib⁹ ꝛ colorib⁹. Dico aūt omiomera velut q̄ metallant̄
A es: aurū: argētū: stagnū: ferrū: lapidē ꝛ alia talia: ꝛ que
cunq̄ ex his fiant segregata: et que in animalibus ꝛ plantis ve-
lut carnes: ossa: neruus: pellis: viscera: pili: crines: vene: ex q̄bus
iam constant anomiomera: puta facies: manus: pes: ꝛ alia talia
B et in plantis: lignum: cortex: folium: radix et quecunq; talia. qm̄
autem hec quidem ab alia causa existunt: ex quibus autem hec
materia quidem siccum ꝛ humidum: quare aqua ꝛ terra: hec eñ
euidentissimam habent potentiam vtrumq; vtriusq;. Faciētia
C autem calidum ꝛ frigidum: hoc enim constare faciunt ꝛ coagu-
lant ex illis. Accipiamus omiomerorum qualia terre species: et
qualia aque et qualia communes. Sunt itaq; corporum condi-
torum hec quidem humida: hec autem mollia: hec autem dura.
Horum autem q̄cūq; dura aut mollia coagulatione dictum est
prius. Humidorum igitur quecūq; euaporāt aq̄. q̄cūq; autem
non aut terre: aut communia terre: ꝛ aq̄ velut lac: aut terre et ae
ris velut lignum: aut aque ꝛ aeris velut oleum: et quecūq; q̄dez
D a calido coagulantur communia. Dubitabit itaq; aliq̄s de vino
vinum. humidorum: hoc enim et euaporabit vtiq; ingrossat̄ sicut nouū.
Causa autem qꝛ neq; in vna specie dr̄ vinū. ꝛ qꝛ aliud alr̄. nouū
enim magis terre q̄ antiquum ꝑpter qđ ꝛ ingrossatur maxime
calido et coagulatur minus a frigido. Habet enim et calidū mul
tum et terre sicut quod in arcadia sic exsiccatur a fumo in vtrib⁹
vt edectum coaguletur. Si autem omne fecem habet: sic virtus
que est aut terre aut aque: aut huius habet multitudinem.
¶ Et aliqua cōburunt̄ igne ꝛ inflāmant̄ vt lignū cāna: ossa: ꝛ la
na: et sicla corporū quoꝝ euaporatiōes naturales non sunt ꝯtrie
igni ꝛ cremant̄: qꝛ ignis admiscet̄ cum illis: sꝫ illa que sunt humi
da et habent multos excessus in humore ꝛ cōdensant̄ partes in
fine nō cōburunt̄ nec inflāmant̄ sicut gelu ꝛ sal ꝛ aurum ꝛ carbū
culus similia. Et aliqū cōuertunt̄ corpora humida in vaporē per
ignem qꝛ vapor est res q̄ exit ex humore corporis per calorem
exteriorem ad aerem: ꝛ alique res terminantur ꝛ destruuntur et
conuertuntur sicca terrestria quando humor eius fit vapor: ꝛ ali
que res conuertuntur in vaporem ꝛ fumum in totum per ignem
sicut oleum et sibi simile. Quia euaporare est aeris inclusi i cor
pore a quo exit de profundo eius in quo submergebatur per ad
mixtionem cum virtute illius corporis. Et dictum est q̄ corpus

combustibile est quod est potens conuerti in cinerem: et corpora que inspissantur et coagulantur per calorem et frigus illa comburuntur: et corpora condensata per calorem comburuntur vt ossa et similia. Sed corpora combustibilia que coagulantur per frig⁹ sunt sicut lapis combustibilis qui comburitur et calefit et prius fuit lapis condensatus per frigus sicut faciunt omnes lapides excepto lapide qui vocatur carbunculus qui non comburitur.s. quia ignis in eo non operatur. Et omne corpus siccum in quo vicit terrestreitas inflāmatur igne et conuertitur in cinerē: et sunt quedam corpora que liquescunt per ignem et non inflammantur nec conuertuntur in cinerem sicut es et suum simile: et sunt quedā que inflammantur et conuertuntur in cinerem: vt lignum et suum simile: et sunt quedam que inflammantur per ignē et liquescūt vt galbanum et thus et similia: et causa in inflammatione ligni et combustione eius et in impotentia eris ad hoc est quia vincens in ligno est humidum in omnibus partibus suis mixtione ꝓfunda in continuitate: et ideo ignis inflammat in omnibus partibus suis. Sed in ere humor vincit in quibusdam partibus suis non continue in omnibus partibus suis: nec bene mixtū: et idō non pōt inflāmari in toto: sꝫ thus videt̄ simile eri in pte: qꝛ liquat̄ a ligno qꝛ inflāmat̄. ¶ Et postq̄ nos notificauim⁹ ꝑdicta narratiōe cōpleta: tūc dicamus ꝙ de terra exeūt corpora que vocant̄ omiomera: aurū: et argentū: cuprū et plūbū: et lapides minerales. Sꝫ et alia lia sic̄ habēt ea q̄ dn̄r omiomera: et dissimilia in partib⁹: et omiomera mēbra sunt vt neruus et vena et filia et dissimilia: et non homogenea vt pes et manus et caput et similia membra composita ex similibus. Et in arboribus sunt partes consilꝫes: similiter sicut lignum et folium: et cortex: et fructus: et radix: ista componuntur ex materia humida et sicca aque et terre: sed calor et frigus sunt operantia: et cum istis est substantia sua et essentia: et dicamus q̄ sunt species create de terra: et que composite sunt de terra et aliis similibus. Et dicamus quod aliqua corpora sunt creata humida: et aliqua dura: et aliqua lenia. et iam prediximus que sunt humida: et que sunt lenia: et que dura. Et corpora que dissoluuntur et ascendunt in vaporem sunt composita ex aqua id est in eis vincit aqua: et que sunt perseuerantia et conuertuntur taliter sunt composita etiam ex terra: et compositum ex materia et aqua et lac et compositum ex terra et aere sicut lignum. Sed corpora q̄ dissoluuntur ꝺm partē in vaporē et ꝺm partē ꝑseuerāt sunt tria composita ex terra et aqua: et lac et suum simile: et corpus compōsitum ex terra et aere vt lignum et cāna: et corpora composita ex aqua et aere sunt sicut oleum. Et iam potest quis querere de vino: quia videm⁹ mustū inspissari et īgrossari. Et dicam⁹ qꝺ illud

qđ vincit in musto est terrestreitas ⁊ calor: ⁊ inspissatur per calorē. et ingrossatur cum siccitate partium.

48 ¶ Non dixit nisi vinum qđ est in loco vcarie: nam illud desiccatur in vasis
E suis per fumum: ⁊ quando deberet bibi extrahitur per incisionem: et dixit
Vinum. Auēpace φ de musto signum vt vincat in eo terrestreitas est φ accidit in vina in loco vcarie: ⁊ omne vinum in quo est nigredo spissa ⁊ turbiditas vincit in eo terrestreitas ⁊ aqueitas ⁊ forte vincent alterum eorum: et est dicere aqueitatem vincentem solam sicut in vino veteri: aut solā terrestreitatē sicut vinum qđ predictum est qđ inuenitur in loco vcarie.

¶ Quecūq autē a frigido ingrossant terre. Quecūq autem ab ambobus cōia plurium: velut oleum ⁊ mel ⁊ dulce vinum.

¶ Et omnes res corporales que congelantur per frigus .s. consimilium partiū vincit in eis terrestreitas.

49 ¶ Et sunt vna species terre: ⁊ vnus modus modorum eius est sicut omnes res que cōdensant per calorē que habēt excessum in siccitate ⁊ duritie sunt similiter de substantia terre ⁊ modoꝝ eius: sicut testa: ⁊ gipsum: ⁊ sal.

¶ Cōstitutoꝝ aūt quecūq coagulata sunt a frigido aque: velut glacies: nix: grādo: pruina. Quecūq aūt calido terre: velut later
F caseus nitrum sales. Quecūq autem ab ambobus: talia autem sunt quecūq infrigidatione. hec autē sunt quecūq amboꝝ priuatione ⁊ calidi ⁊ humidi simul egredientis cū calido. Sales qui
G dē eīm humidi solius priuatione coagulant: ⁊ q̄cūq sincera terre: glacies aūt calidi solius: hoc aūt amboꝝ: ꝓpter qđ ⁊ ambobus habeāt ambo. Quoꝝcūq q̄dē igit totum exsudauit velut later: aut electrū: etenim vt electrū ⁊ q̄cūq dicunt lachryme infrigidatione sunt: velut myrrha thus gūmi: ⁊ electrū aut videt huius generis ⁊ coagulatur: intercepta eīm in ipso aīalia videntur.

¶ Et oēs res que cōgelant per frigus aque q̄ inueniunt in illis sunt de modis aque ⁊ suarū specierum: sicut gelu ⁊ grādo ⁊ nix: ⁊ aliqua cōdensant cū calore ⁊ frigore. ⁊ sunt res cōposite simul ex aqua ⁊ terra: sicut oleū ⁊ mel: ⁊ vinū dulce. Et oēs res q̄ sunt de substātia gūmosa sunt de rebus cōgelatis per frigus: sicut thus: gūmi arabicum: ⁊ kakabre: et similia ⁊ testa inspissantur per calorem ⁊ congelantur per frigus kakabre est inuentum super animal notum.

50 ¶ Et hoc quia approximat se istud aīal arbori kakabre: ⁊ adhesit ei: ⁊ hoc qđ facit inspissari kakabre est calor qui exiuit de flumine: ⁊ kakabre est in arboribus riparum eius.

¶ A fumo autem calidum existens velut cocti mellis cū in aquā dimiseris euaporat humidū: hec omnia terre: ⁊ hec quidē illiquabilia ⁊ immollificabilia: velut electrum: ⁊ vt lapides quidā: velut pori qui in speluncis: etenim hi similiter fiunt his: ⁊ non velut ab igne: sed vt a frigido exeunte calido coegreditur humidum ab ipso exeunte calido: in alijs autem ab extrinseco igne. Quecunq autē nō tota terre sunt, quidē magis: mollificabilia autem velut

ferrum ⁊ cornua. Thus autem ⁊ talia similiter lignis vaporant.

¶ Et qñ proijcitur in aquã illã ascendit de eo fumus.

¶ Et hoc dixit Arist. ⁊ Auẽpace qñ cadit kakabre in aquaȝ fumat: ⁊ omne 15
qđ est hmõi. est de modis terre magis ⁊ lapis congelatus per frigus nõ per calorem dissoluitur ⁊ non frangitur.

¶ Quoniam igitur liquabilia ponendum: ⁊ quecũq; liquefiunt ab igne hec sunt aquosiora. Quedam autem ⁊ communia velut cera: quecunq; autem ab aqua hec terre: quecunq; auteȝ neq; ab altero: hec aut terre: aut amborum. Si igitur omnia quidem aut humida aut coagulata: horum autem in dictis passionibus ⁊ nõ est intermedium. oẽs vtiq; erunt dicte quibus discernemus vtrũ
terre: aut aque: aut plurium commune: et vtrum ab igne constat b
aut frigido: aut ambobus. Aurum itaq; quidem ⁊ argentum ⁊ es ⁊ stãnum ⁊ plumbum ⁊ vitrũ: ⁊ lapides multi innominati aque. omnia enim hec liquefiunt calido. Adhuc vina quedam ⁊ vrina ⁊ acetum ⁊ lixiuiũ ⁊ serum ⁊ liquor aque: omnia enim coagulantur frigido. Ferrum autem ⁊ cornu ⁊ vngules ⁊ os ⁊ neruus ⁊ lignũ ⁊ pili ⁊ folia ⁊ cortex terre magis. Adhuc electrum myrrha thus et omnia dicta lachryme ⁊ porus ⁊ fructus velut legumina: ⁊ frumentum que talia: hec quidem valde hec autem minus horum attinent terre. Hec enim mollificabilia: hec autem exhalabilia et infrigidatione facta adhuc nitrum sales lapidum genera q̃cunq; neq; infrigidatione neq; coagulabilia. Sanguis autem ⁊ genitura communia terre ⁊ aque ⁊ aeris. Sanguis quidem habẽs vias magis terre propter quod frigore coagulãtur ⁊ humido liquescit: non habens autem vias aque: propter quod ⁊ non coagulatur: genitura autem coagulatur infrigidatione exeunte humido cum calido. Qualia autem calida aut frigida coagulatorum aut frigidorum humidorum ex dictis oportet considerare: quecunq; quidem igitur aque vt ad multum frigida si non alienam habeãt caliditatem velut lixiuium vrina vinum.

¶ Et omnia que liquefiunt per ignẽ vincit in eis aqua. Et aliud componitur ex duobus elementis materialiter sicut cera ⁊ suum simile. Et in aliquibus vincit terra ⁊ aqua ⁊ corporum passiones vniuersaliter ostenduntur per complexionẽ vincentem; sicut aurũ et argentũ ⁊ es ⁊ plumbũ ⁊ stãnum et vitrum et similia: et in istis vincit aqua. Et signum huius victorie est q; dissoluuntur per calorem: sed vinum et vrina et serum sunt de natura aque. et signuȝ
huius est: quia inspissantur per frigus. Sed ferrum et cornu et 3
ossa et vngule et canne et ligna et pili et cortices arborum et folia in eis vincit terra. Sed kakabre et mirrha et thus et omnia gummi et fructus et grana vincit in quibusdam eorum terra: et aliquando indurãtur aliqua ista per frigus. Sed sanguis et

sperma sunt ambo ꝯposita ex terra ⁊ aere ⁊ aqua. Et sanguis rū
bicūdꝰ intēsus ⁊ spissus vincit in eo terrestreitas: ⁊ signū huiꝰ est
qꝛ nō arescit ꝑ frigus ⁊ dissoluit per humorē. Et coagulat per fri-
b gus: ⁊ sperma exsiccat ꝑ frigus. Sed sanguis clarus q̇ nō est mul
tum rubicūdus vincēs in ipso est aqua. Et signum huiꝰ est: quia
arescit ꝑ frigus: sed sperma desiccat per frigus: qm̄ recedit ab eo
caloꝛ propter humoꝛem qui est in ipso.
52 ¶ Et per predictas causas pōt quis scire elementū passiuum qđ est vincēs.
Sed res in quibus vincit caloꝛ ⁊ in quibus vincit frigus scitum est per res
que faciūt eas inspissari ⁊ indurari. Et scitur ꝑ naturā natura vincens. naȝ
res cōposite ex aqua sunt frigide: nisi euenerit eis caloꝛ extraneus extra na
turam suam: sicut caloꝛ qui est in vrina ⁊ in vino.

¶ Capitulum vndecimum.



Uecūq; aūt terre vt ad multum calida propter calidi
operationē vt calx ⁊ cinis. Oportet autē accipere ꝺm
materiam quedam frigidissima esse quoniā eīn siccū
⁊ humidū materia: hec enim passiua: horum aūt coꝛ-
poꝛa maxime terre ⁊ aqua sunt: hec enim frigiditate
determinata sunt: palam ꝙ oīa coꝛpoꝛa quecunq; vtriusq; simpli
citer elementi frigida magis sunt: si non habeant alienam calidi-
ditatem; velut feruens aqua: aut que per cinerem colata. Etenim
hec habet eam q̄ ex cinere caliditatem. In oībus enim ignitis est
caliditas aut amplioꝛ aut minoꝛ: propter qđ ⁊ in putrefactis ani-
malia innascuntur. Inest enim caliditas que coꝛrumpit propriaȝ
vniuscuiusq; caliditatē: quecunq; autem cōia habent caliditatē.
Constant enim plurima a caliditate que digressit: quedam enim
putrefactiōes sunt velut syntegmata. Quare habētia quidē secū
dum naturam calida ⁊ sanguis ⁊ genitura ⁊ medulla ⁊ lac ⁊ om-
nia talia. Coꝛrupta aūt ⁊ egredientia a natura non adhuc: relin-
quitur enim materia terra existēs aut aqua: propter quod ambo
videntur quibusdam. Et hi quidem frigida hi autem calida hec
aiunt esse videntes cum quidem in natura fuerint calida: cum au
tem separata fuerint: coagulata. Hec quidem igitur sic totaliter
vt determinatum est. In quibus quidem materia aque secundū
plurimum frigida: opponitur enim hec maxime igni in quibus
autem terre aut aeris calidioꝛa. Accidit autem aliquando hec
fieri frigidissima ⁊ calidissima aliena caliditate. Quecunq; enim
maxime coagulata sunt ⁊ solidioꝛa sunt hec frigida maxime si pri
uentur caliditate ⁊ ardent maxime si ignianitur: velut aqua ⁊ fu-
moꝛ ⁊ lapis aqua vrit magis.
¶ Sed omnes res terrestres calide operatur caloꝛ in eis vt est
calx: ⁊ cinis. Sed materia rerum que sunt calide per caloꝛem ex-
traneum est frigida: quia componitur ex aqua ⁊ terra. Et inde-

rescunt per frigus corpora composita ex aqua ꝛ terra: et corpora composita ex aqua ꝛ terra sunt frigida in veritate: nisi obuiet eis calor extraneus vt exiret a sua natura: sicut res que calefactũt per ignem: aut sicut aqua que exit ex cinere habet calorem extraneũ: et vniuersaliter color extraneus coniungitur et continuatur cum omni calefacto: aut aqua: ꝛ res que cito putrescunt sunt frigide: sicut res in quibus nascuntur vermes: ꝛ hoc est propter amissionem caloris naturalis per calorem extraneum: ꝛ hoc est ꝓpter defectum eius.s. naturalis.

¶ Et quia dixit Aristo. causam putrefactionis ꝙ est ex victoria frigoris apparet Alexã. ꝙ nõ potest inuenire facere animal: ꝛ hoc est quia putrefactio ẜm Arist. est cum victoria caloris extranei aut propter remissionem caloris naturalis super quem vincit calor extraneus: ꝛ omnes res que congelantur aut indurantur multum sunt frigide. 55

¶ Capitulum duodecimum.



Uoniam autem de his determinatum est ẜm vnũquodqꝫ. dicamus quid caro aut os aut aliorꝫ omiomerum: habemus enim ex quibus q̃ omiomera natura constituit genera ipsorum: cuius generis vnũquodqꝫ per generationem. Ex elementis quidẽ em̃ omiomera ex his autẽ vt materia omnia opera nature. Sunt autem omnia vt quidem ex materia ex dictis: vt autem ẜm substantiam ratione. Semper autem magis palam in posterioribus et totaliter quecunqꝫ velut organa. et gratia huius: magis enim palã ꝙ qui mortuus homo equiuoce. Sic igitur ꝛ manus mortui equiuoce: queadmodum ꝛ si fistule lapidee dicatur. velut enim et hec organa quedam videntur esse minus aut in carne ꝛ osse talia manifesta: adhuc autem in igne ꝛ aqua minus: ꝙ enim cuius gratia minime hoc palam vbi plurimũ materie: sicut enim ꝛ si extranea accipiantur materia quidem nihil aliud preter ipsam. Substantia autem nihil aliud q̃ ratio: intermedia autem ꝓportionaliter: eo ꝙ ꝓpe sit vnũquodqꝫ: quoniã ꝛ horꝫ quodcũqꝫ est gratia huiꝰ: ꝛ non omnibꝰ modis habens aqua aut ignis sicut neqꝫ caro neqꝫ viscera: his autem adhuc magis facies ꝛ manus: omnia autẽ terminata sunt opere. Que quidem enĩ possunt facere ipsorꝫ opus vere sunt vnũquodqꝫ puta oculos si videt: qui autem non potest videre equiuoce: puta mortuus aut lapideus: neqꝫ enĩ serra que lignea nisi vt imago. sic igitur ꝛ caro: sed opus ipsius minus palã q̃ ꝙ lignee: similiter autem ignis. Sed adhuc forte minus manifestum naturaliter q̃ carnis opus. Similiter autem ꝛ que in plãtis: ꝛ inanimata velut es ꝛ argentum. oĩa enim potentia quadam sunt aut faciendi aut patiendi sicut caro ꝛ neruus sed rõnes ipsorum non certe. Quare quando existunt ꝛ quando non: non facile perspicere nisi valde deperditum fuerit ꝛ figure sole sunt relique

(Margin letters: A, B, C)

velut antiquorum mortuorum corpora subito cinis fiunt in sepul
chris ⁊ fructus solum figura. ẜm sensum autem non videntur in
ueterari valde ⁊ ex lacte coagulata. Tales igitur partes calidita
te ⁊ frigiditate ⁊ motibus ab his contingit fieri coagulatas cali
do ⁊ frigido. dico aũt quecunq; omiomera: velut carnem os pilos
D neruos: ⁊ quecũq; talia. Omnia enim differunt prius dictis diffe
rentijs: tensione: tractatione: comminutione: duricie: mollitie: et
alijs talibus. hoc autem a calido ⁊ frigido a motibus fiũt mixtis
constituta autem ab his que anomiomera nullo adhuc vtiq; vi
debuntur velut caput: aut manus: aut pes: sed sicut ⁊ fiẽdi es qui
dem aut argentum causa caliditas ⁊ frigiditas ⁊ mot⁹: fiendi aut
serram: aut phialam: aut arcam: non adhuc: sed hec quidem ars:
ibi autẽ natura vel alia aliqua causa. Si igitur habemus cuius
generis vnũquodq; omiomerorũ accipiẽdi ẜm vnũquodq; quid
est: puta quid sanguis aut caro: aut sperma: aut aliorꝫ vnũquodq;.
sic enim scimus vnũquodq; propter quid ⁊ quid est si naturã aut
rationem habeamus maxime autem cum ambo generationis et
corruptionis ⁊ vnde principium motus. ¶ Manifestatis autem
his: similiter omiomera considerandum. ⁊ tandem ex his consti
tuta velut hominem ⁊ plantam ⁊ alia talia.
¶ Et postq; rememorauimus que sunt iste res iam est scitum de
illis omne genus cuiuslibet membri consimilium partium: sicut
ossa ⁊ caro: ⁊ hoc est quia manifestum est in quolibet predictorum
q; ipsa sunt composita ex elementis: ⁊ q; elementorum illorũ vin
cit super ipsum. Sed membra organica composita sunt ex consi
milibus partibus: ⁊ membra consimilia ⁊ organica non recedit ab
eis hoc nomen quousq; mortuus fuerit homo: aut animal cuius
fuerint membra: ⁊ quando fuerit mortuus habebit nomen homi
nis ⁊ concomitantiam: ⁊ vocabuntur membra sua non nominib⁹
proprijs per similitudinem in nomine: vt manus ⁊ pes. Et hoc est
quia ratio pedis hominis mortui nõ dicit plus de pede suo q̃ de
pede dolati ex lapide: ⁊ hoc. i. est per figuram solam: ⁊ causa hui⁹
est quia omne inuentum inuenitur propter operationem suam:
quia res que apparet de opere elementorum in carne est modica
ẜm q; apparet de opere illorum in genere ⁊ aere et aqua et terra.
Sed opus quod apparet in cupro est alia res preter opus elemẽ
torum. ⁊ propter hoc quanto magis completior est materia: tãto
minus apparet opus elementorum in ea. et etiam q̃to magis
completior est: tãto habet aliam passionem ex operatione vel effe
ctu: ⁊ q̃to minus completa fuerit: tanto apparet in ea magis effe
ctum ⁊ operationem elementorum esse quo ad sensum: ⁊ membris
non conuenit nomen nisi propter operationes manifestas q̃ sunt
in illis: que non sunt de operationibus elementorum: ⁊ tunc non